

Fridericī Romanorū Imperatoris Secundi

De arte venandi cum avibus

Nunc primum integrum edidit Carolus Arnoldus Willemse



De arte venandi cum avibus



Tomus secundus

Lipsiae / in aedibus Insulae / MCMXLII

INCIPIT LIBER TERTIUS

DE INSTRUMENTIS, PER QUE REDEANT

faltones ad homines

Intentio nostra, ut in principio diximus, est docere venationes,
5 quas faciunt homines cum avibus rapacibus ad predandum non
rapaces. Sed quoniam aves rapaces sunt agrestiores ceteris avibus non
rapacibus et magis horrentes homines, oportet ad hoc, quod homo
posset venari cum avibus rapacibus, quod doceantur deicere naturale
odium, quod habent ad homines, priusquam emittantur ad venandum.
10 Et quare venando non semper capiunt et per hoc, quod factum est eis,
non redeunt ad hominem, quando non capiunt, horum [causa] non
solum doceantur delcere naturale odium, quod habebant ad homi-
nem, quanto melius doceri et fieri potest, sed etiam doceantur redire
ad hominem, quotiens non capient. Hoc enim est melius post primam
15 mansuetationem et priusquam emittantur ad predandum, scilicet quod
70 a redeant ad hominem. Et quia hoc non potest fieri sine instrumentis
idoneis ad hoc et sine aliis, que convenient fieri, dicamus de instrumen-
tis idoneis ad instructionem generum falconum. Verum quia in ge-
nere falconum girofalcus nobilior est, ut in secundo libro huiusmodi
20 operis diximus, ideo hic primo de girofalcis docebimus. Et tangemus
diversitatem, que habetur a diversis gentibus, tam in instrumentis
quam in modo docendi faltones, quatenus ex illa diversitate modo-
rum eligatur melior modus et teneatur.

De loyro formando de alis gruum

Instrumenta autem secundum nos idonea ad id, quod diximus, sunt
25 id, quod dicimus loyrum, et id, quod dicimus filerias. Loym est
colligatio alarum convenientium, per quas faltones inducuntur red-
ire ad hominem. Sed quoniam grues sunt famosiores inter omnes
aves non rapaces, ad quas docentur capiendas aves rapaces, et giro-
30 falcus est nobilior avibus rapacibus et est avis, que melius capit
grues quam alii faltones et que melius volat ad ipsas, et cum unum-

quodque loyrum melius debeat fieri de alis illarum avium, ad quas capiendas docetur girofalcus, oportet nos dicere de loyro, quod fit de alis gruum, quod fiet hoc modo.

De eodem. Ale gruum incidi debent non in prima flexione alarum, cum qua continentur cum humeris, sed in secunda post illam, que secunda est in loco cubiti hominis, et sic incidentur, quod penne cetere maiores remaneant cum ala incisa et separata a corpore. 5

DE EADEM FORMATIONE

Ad diutinam vero permanentiam et durabilitatem istarum alarum sunt quidam, qui scindunt corium super duo ossa, que facilia dicuntur, ale utriusque a parte intrinseca et elevant carnes, que sunt inter ossa illa, deinde proiciunt illic cinerem, carentes in hoc, ne vermes faciant. 10 Alii sunt, qui hoc non faciunt, sed tamdiu suspendunt alas ad fumum, donec umorositas illarum carnium desiccatur. Que vero ale non ponuntur ad fumum, semper erunt pulchiores et clariores affumatis, sed non durant quemadmodum ille, que ponuntur ad fumum, quoniam carnes removentur, nervi abscinduntur et ossa ab invicem separantur. Propter hoc minus durat tale loyrum, et hoc accedit simili modo de ceteris loyris. In loyro autem facto de alis gruum sufficiunt due ale tantum. 15

De eadem. Colligantur autem ale gruum in essentia loyi secundum hanc formam. Ossa duo, a quibus removebantur carnes, coniungantur invicem cum aliis duobus ossibus alterius ale et contiguentur ea positione, ut partes inferiores alarum inferius statuantur et superiores superius, quemadmodum erant posite super corpus eius, quando tenebat eas recollectas ad dorsum. 20

De eadem. Ambabus igitur alis sic invicem contiguatis instrictum habeat corrigiolam cervi vel de alio corio, longam secundum longitudinem duorum pedum et medii et [altam] secundum altitudinem unius pollicis, cuius extremitas scindatur per longum in duo equalia ad quantitatem pedis unius, et sic erunt due corrigiole in capite illius corrigiole maioris, que due corrigiole infigentur in utraque ala, sed que, priusquam infigantur, nodentur simul, ne amplius findantur. Infingantur autem in parte illa, in qua ambe ale dicte continuantur cum reli-

qua ala, prope scilicet secundam flexionem. Intromittatur itaque una corrigiola per unam alam et alia per aliam, ambe a parte superiori alarum, et exeat ad subteriorem partem alarum sic, quod illa duo foramina facta pro corrigiolis fiant inter duo ossa dicta ex utraque ala, et postquam ad aliam partem exierint, innodenetur invicem, quam proprius et strictius potuerint innodari, ex inferiori parte alarum, longitudine utriusque corrigiole residua remanente sub alis.

De eadem. Iterum a parte subteriori alarum per eadem foramina aut per alia foramina valde propinqua illis intromittantur duo capita unius alterius corrigiole, que sit longa ad quantitatem unius pedis, et tanta quantitas de hac corrigiola intromittatur per unum foramen, quanta per aliud, et innodenetur superius, quam strictius poterunt innodari, sic quod ligatura non possit dissolvi aut relaxari.

De eadem. Ad aliam vero partem, in qua fuit incisio, prope finem flexionis prime fiat ligatio similis supradicte. Verumtamen ille due corrigiole debent esse utraque unius pedis longa, ut, postquam ex utraque parte alarum innodate fuerint stricte, relinquentur duo capita corrigiolarum ex parte superiori loyri et ex parte subteriori alia duo capita longa simili longitudine.

De eadem. Et quamvis iste due ligature sufficere possint, fit tamen una in medio illarum duarum ligaturarum, similis per omnia inferiori, ut cum corrigiolis medie ligature et prime subterioribus et superioribus ligentur carnes supra loyrum et infra, ut, in quamcumque partem ceciderit loyrum, quod proicitur super terram ad alliendum falconem, girofalcus inveniat carnes manifestas. Hoc enim maxime necessarium est falconibus non mansuetatis plene et rama-glis, quoniam, si loyrum non haberet carnes in altera partium et illa veniret desuper, girofalcus agrestis, cum non inveniret illic carnes, non esset intentus carnibus comedendis. Item, si homo vellet accedere ad ipsum girofalcum, non expectaret hominem, sed facile a loyro recederet et fugeret.

De eadem. In corrigia autem longa, cum qua suspenditur loyrum, debet alligari pila una linea rotunda, que sit crossa tamquam nux regalis, una cum sua cortice viridi, et debet alligari cum suis retina-

culis distanter a loyro secundum longitudinem medii pedis in eo modo, qui melior erit, ut illa pila subponatur cinture falconarii a latere dextro. Ad hoc enim est illa pila, ut per eam suppositam suspendatur loyrum cingulo hominis ad latus et sic portetur.

De eadem. In extremitate vero superiori corrigiole longe debet esse foramen ad intromittendum digitos falconarii, ut convenit circumducere in loyrando. 5

De Diversitate quorundam, qui non utebantur loyro, quod reprobamus

Plures autem gentium in diebus nostris non utebantur loyro, 10
quod diximus, ad revocandum genera falconum, sed gallinis vi-
vis, ut in Hispania et regionibus eius vicinis occidentalibus, aliis co-
lumbis vivis, ut in Arabia et in regionibus ceteris meridianis et ori-
entalibus. Sed nos modum istorum et illorum reprobamus, quia non
semper de facili possunt haberi aves vive quemadmodum ale avium. 15

De eadem. Item aves vive, quando detinentur, semper conantur fu-
gere, et plures galline et columbi perditi sunt, quando portantur, et
sic falconarius non poterat facere volare falconem, cum non haberet,
cum quo revocaret. 20

DE GALLINIS ET COLUMBIS

Item galline et columbi conversantur et habitant in domibus hominum
et in villis. Cum vero falco emittetur ad volandum seu ad predandum
aliquam avem, si contingat, quod prius videat gallinas aut columbos,
quibus consuetus est pasci, dimittet volare ad avem, ad quam inten-
dit falconarius, et volabit ad gallinas et columbos. Et falco consue-
scit volare plus ad villas ex hoc, ex quo quandoque accidit, quod rustici
et villani, quorum sunt columbi aut galline, occidunt falconem in vin-
dictam sui dampni, dum scilicet falco stat super suam predam, et
quandoque porci, canes et cetere bestie domestice irruunt in falco-
nem. Item galline consueverunt esse pediculose, et pediculi transmu-
tant se libenter de gallina ad falconem, et sic falco quandoque effici-
tur pediculosus. 25
30

DE LOYRATIONE

- Item, cum falco agrestis loyratur et assuescit venire ad loyrum, loy=rantis est intentio, ut falco perdat silvaticitatem suam et redeat ad hominem. Sed quando cum columbo revocatur, recordatur silvatici=tatis sue, et propter hoc, quod de columbo pastus est, quotiens emit=tetur ad predandum, si videbit columbum domesticum aut silvestrem, quos sepe invenit in campis, insequitur affectuosius columbos et alias similes aves, ex quo accidit contrarium intentionis, quia id, per quod debet revocari falco, est ei causa potius recedendi ab homine.
- Ex qua causa posset falco amitti, cum frequentius accidat, quod fal=cones et cetere aves rapaces perdantur in sequendo aves, quam aliter.

DE LOYRATIONE

- Item, si emittatur ad predandum magnas aves, ut grues, bistardas, anseres, airones et huiusmodi, verbi gratia ad grues, aut volabit illuc aut non. Si non volabit illuc, expedit, quod revocet eum cum revocatorio, quo usus est revocare, scilicet cum gallina vel columbo. Et si revocatur, quando alia vice emitteatur ad predandum, si non bene ibit primo, minus bene ibit secundo, spe revocationis fiende cum gal=lina vel columbo. Si vero volabit usque ad avem magnam, ad quam 71b emissus est, continget, ut sepe ac'cidit, quod invadet eam et pugnabit cum ea et eam retinere non poterit, aut quia illa avis fortior est fal=cone, aut quia per suam astutiam subterfugit, aut quia non est suc=cursor, qui adiuvet. Et postquam absfugeret avis, oportet, quod revo=cet falconem cum gallinis aut columbo, cum istud revocatorium con=sueverit. Et postquam sic vexatus vel forte lesus redierit ad colum=bum, aut pascet ipsum aut non. Si non pascet ipsum, non placebit sibi in aliquo, et sic alia vice, si emissus fuerit ad gruem, minus eva=det libenter ad eam, cum alia vice fuerit lesus et vexatus ab ea, et male libenter redibit, cum in alio suo reditu sibi non placuisset. Si vero 30 pascet ipsum de suo revocatorio, scilicet de columbo aut de gallina, alia vice quando iactabitur ad avem, minus libenter invadet eam, recordando mali, quod passus est per eam, et pastus, quem habuit capiendo gallinam aut columbum sine fatigatione – debiles enim aves sunt galline et columbi – et credet, quod paverit ipsum non propter

illam, cum qua pugnaverat, sed propter illam debilem, quam sine fatigatione cepit et de qua pastus est. Et sic magis semper volet redire ad magis debilem quam volare ad fortiorum, cum de debili bonum habuerit et de fortiori malum.

De eadem. Preterea gallina aut columbus nullam gerunt similitudinem 5 cum grue, et aves rapaces libentius capiunt minores aves, quoniam sine lesione capere possunt eas quam maiores, et sic per huiusmodi revocatorium libentius redeunt ad hominem et non libenter volant ad grues.

De eadem. Item, si falco erit assuetus revocari columbo aut gallina 10 aut alia ave viva et forte contingit, quod aliqua vice, quando revo= cabitur, refutabit gallinam aut columbum et nolit venire, non poterit inveniri aliquid melius, ad quod libentius redeat, ad loyrum¹ enim 72a non accedet libentius, quoniam non consuevit redire ad loyrum nec loyrum novit. Falco enim loyratus et consuetus ad loyrum, si forte 15 contingat, quod aliqua vice ad loyrum redire non velit et proiciatur sibi gallina aut columbus aut avis viva, pro delectamento naturali, quod habet in capiendo avem vivam, redibit libentius ad avem quam ad loyrum, sed inde accidit, quod in aliis sequentibus revocationibus nolet unquam redire ad loyrum. Quanto minus redibunt ad loyrum 20 illi, qui nunquam fuerunt loyrati nec neverunt loyrum. Non est itaque remedium de loyro vel de alio, postquam refutaverat avem vivam, quando ad eam consuetus erat revocari, quemadmodum est remedium de columbo aut de gallina aut ave [alia] viva, postquam refutasset loy= 25 rum, quando ad loyrum consuetus erat revocari.

De modo revocandi falconem ad avem vivam

Quamvis ante dixerimus, quod assuefacere revocatione cum gal= lina non sit bonum et quare non sit bonum, tamen dicemus modum, quem habent isti in revocatione tali assuefienda, ut sciatur modus eorum, et eorum modo premisso, ad materiam nostram red= 30 eamus.

De eodem. Modus igitur illorum talis est in assuefiendo falconem redire ad avem vivam - prius extra domum assuefactionem avis ad revocationem huiusmodi procurant - quod silvester falco statim, quod est deciliatus et parum mansuetus, in domo iugulet columbum vel gallinam et pascat seipsum in manu bis vel ter columbo vel gallina, ad quem volunt deforis revocare, ut cupidus accedat deforis ad eandem.

De eodem. De nidasio vero sic. Statim, quod diminutus est carnibus suis et extenuatus in tantum, quod possit aptari ad volandum ad pre-
10 dam, portant ipsum et columbum foras domum ad campaniam, sci-
72 b licet ligato aliquo funiculo cum longa falconis, et illum funiculum explicatum ponant ante pedes falconis in terram. Et proicitur columba vel gallina aliquantulum prope ante ipsum falconem, ita tamen, quod columba, si est fortis volatus, privetur pennis adiuvantibus ipsam
15 volare, propter hoc scilicet, ne fugiat. Et tunc permittitur volare falco ad illam, cum funiculo tamen, ut dictum est, et permittitur, ut iugulet eam, proferendo ei quasdam voces assuefacentes ipsum ad hanc, et aliquotiens in die pascetur inde et duobus vel tribus diebus hoc modo.

20 De eodem. Postea proicitur columba magis a remotis a falcone ante ipsum, et fit, ut prius. Tertio proicietur tantum a remotis, quantum longa est fileria, et fiet, ut prius fiebat.

De eodem. Et postquam iam erit assuetus confidenter ire ad columbum vel gallinam et poterit credi sibi, elevabitur fileria de longa falconis, tamen cum fileria illa ligabitur columbus et volvetur circulariter in modum loyri ante falconem. Et debet fieri ligatura cum una alia appro-
25 priori parte, qua coniungitur corpori, et non cum coxis, quoniam coxe de facili abscinduntur a corpore, quando falco raperet columbum et trahens inde asportaret. Et hic est modus eorum revocandi.

30 De eodem. Similiter per omnia de gallinis fit sicut de columbo, preter quod gallina non ligatur cum funiculo, quoniam est avis ponderosa et falco non potest eam asportare. Et columbus nunquam erit sine fileria, et operatio erit hoc modo. Ligatur ala columbi cum fileria, et unus tenet columbum et fileriam, alius tenet falconem. Ille, qui tenet

columbum, elongat, quantum creditur, quod falco velit insequi eum pro columbo.

De eodem. Accipit itaque fileriam distanter aliquantulum a columba, ^{72^a}

et tenendo eam sic dicit columbum circumcirca, girando manum, in qua tenet columbum, ostendendo ipsum falconi et vociferando eo modo, quo consueverat vociferari, quando proiciebat sibi columbum, ut ad vocem veniat causa sui pastus. Et videns venire falconem, proicit columbum ante falconem aliquantulum remote a se, et permittitur falco iugulare columbum et se pascere inde. Et de gallina faciunt alii, sicut et isti de columbo, preter id, quod supra diximus. Hic est ergo modus, quem habent isti et illi, tam de columbo quam de gallina, circa factum revocationis falconis. Ita sciendum est, quod falco, priusquam sit loyratus, nunquam portandus est foras sine longa, nam si portaretur sine longa, accidere posset, quod propter subitum gressum et precipitationem equi aut propter diverberationes, quas facit tunc ex improviso fortiores propter suam agrestitatem, querens diffugere ab homine, extractis iactis de manu evaderet et effugeret. ¹⁰ ¹⁵

De loyratione fienda secundum consuetudinem suam

Nos vero in loyrando habemus hunc modum, quem dicimus hic. Priusquam falco in domo et extra domum iam mansuetactus est secundum modum, quem diximus, et diminutus est carnibus suis, ut convenit, et est satis avidus comedendi, alligamus carnes loyro cum corrigiis supradictis in loyro, illas scilicet carnes, de quibus percepimus ipsum falconem avidius comedere, quoniam libentius allicietur ad loyrum per huiusmodi carnes. Et debent esse ligate carnes ex utraque parte loyri, ut, in quavis partium ceciderit loyrum, videri possint carnes et, si contingat, quod loyrum revolvatur, falco videat carnes in quavis partium. ²⁰ ²⁵

De eadem. Debent autem esse colla gallinarum cum costis vel aliarum avium aut ossa anchorum cum residuo dorsi aut similia. De hiis enim poterit abbecari, et in hiis mordicare poterit, expectando super loyrum, donec elevetur de loyro et pascatur secundum modum, quem dice= ^{72^b}

mus, et statim cum eisdem falconarius poterit alia vice loyrare ipsum, si voluerit, cum non comedenter multum de eis.

De eadem. Adsistere debet autem aliis socius sibi, qui sit doctus in hac arte, cuius officium sit porrigere sibi loyrum primo, portare sibi carnes, unde pascatur falco, revocare falconem ad loyrum ad alia facere, que dicentur omnia suo loco. Expedit autem, quod primo agnoscat falco loyrum et pascatur super ipsum cum propriis vocibus, quibus uti debet ad loyrum in domo vel in curte domus, duabus vel tribus vicibus, bis in die estatis et semel in hieme. In die estatis mane et sero, in hieme mane, ut diligat et recognoscat loyrum, quando post revocabitur in campis ad loyrum. Nisi enim prius consuevisset loyrum in domo, quando portaretur extra ad revocandum ad loyrum, tantum delectaretur in videndo aerem et aves volantes, quod non curaret venire ad loyrum. Ne igitur falco affugiat in principio, quando emittitur ad loyrum, expedit, ut emitatur ad loyrum, retinendo ipsum cum aliquo, ne fugiat. Girofalcus si emitteretur in principio solutus ad loyrum, sentiens se solutum post recessum de manu, posset affugere, et etiam, si contingerit, quod avem aliquam videret, quam delectaret capere, dimitteret loyrum propter avem, nec loyro posset revocari, cum non fuisset sufficienter assuetus loyro, aut si aliqua causa terroris interveniret, accidere posset id.

De funiculo ligando falconi, quando loyratur

Id autem, cum quo retinetur, debet esse funiculus quidam subtilis, longus, deputatus ad retinendum falconem, ne forte in primis discessibus a manu fugiat, sed potius venire ad loyrum assuescat. Et iste funiculus quanto subtilior et levior erit, tanto erit aptior ad officium sibi datum.¹ Qui debet esse levis et subtilis ad proportionem convenientem magnitudini vel parvitati avis, ita tamen, quod avis non possit eum rumpere. Longitudo autem istius funiculi sufficiens est, si fuerit XX passuum longitudo. Funiculus autem iste dicitur fileria, que a quisbusdam credentia dicitur, pro eo quod in primis recessibus avis de manu portantis et in primis emissionibus eius ad loyrum, ex quibus avis docetur non fugere ab homine, non creditur ipsi avi, quon-

iam ipsa, memorans suam agrestitatem, fugeret et libertatem potius eligeret, quam super loyrum sedere, sed creditur illi filerie, que credentia dici potest.

De eadem. Quando igitur volet falconarius, quod falco ascendat super loyrum in domo vel in curte domus, ligabit caput filerie cum ultimitate longe. Falco cum longa tenendus atque portandus est non solum, dum mansuescit prima mansueta, sed quo usque perfecte loyratus. Si enim portaretur sine longa, dum durat eius agrestitas, accidere posset propter cespitationem equi aut propter diversationes, quas facit fortius propter insueta, que videt, querens propter suam agrestitatem diffugere ab homine, quod extraheret iactos de manu portantis et evadens affugeret. Sed postquam iam tantum assueverit loyrum, quod ad ipsum redibit, teneri ei portari poterit cum iactis solis et sine longa. Postquam ligaverit ultimitati longe, et explicabit de fileria tantum, quantum longe ascendere volet, et tollet falconem super manum suam, quam volet, et recipiet loyrum a suo socio hoc modo, quod ille, qui porrigit sibi loyrum, veniat ad eum non ex illa parte, qua tenet avem, sed ex alia, ut, si tenet falconem in dextra, veniat a sinistra, et si in sinistra, ipse veniat a dextra, et porrigat sibi loyrum ex sua manu, que erit sibi propior. Interim ille elevat capellum falconi, si capellum portat, et accipiat loyrum cum manu, cum qua non portat avem, et ostendendo loyrum cum carnibus falconi et approximando versus ipsum, et inducet falconem ad mordicandum.¹

5

10

15

20

73 b

De eadem. Et proferat illas voces, quas consuevit proferre in passando ipsum aut quas velit proferre in loyrado ipsum, ut, quotiens eas audierit, se audiat et cognoscat vocari ad loyrum. Et dum mordicabit, distringas iactos et detineas, ne cum aliquo suorum pedum brancet loyrum aut carnes loyri, quoniam fatigaretur falco in tollendo pedes suos ab illo. Deinde reddat loyrum socio suo, qui recipiat ipsum cum illa manu, cum qua sibi porrexerat, et extenso brachio recebat ab eo tali modo, quod falco semper videat loyrum et carnes loyri, et portet alias carnes secum, unde pascat falconem.

25

30

De eadem. Et ipse deponat in terra loyrum tam longe, quam longe sperat falconem venire velle ad loyrum, et si non vellet ire tam longe, ponatur loyrum propinquius, quod illuc vadat falco.

De eadem. Qui vero tenet loyrum, ostendat falconi ipsum, proferendo 5 voces dictas. Et si viderit, quod falco recedat a manu pro loyro, deponat loyrum statim et recedat a loyro. Et si viderit, quod falco non avide respiciat loyrum et non vadat, quod facit pro timore ipsius, qui tenet loyrum, non deponat loyrum in terra.

De eadem. Ille vero, qui tenet falconem, quando videbit, quod intento 10 respiciat loyrum, sinat falconem ire, et ita faciat, quod per aliam manum suam transeat fileria et per eandem manum, que portabat avem. Et sic per ambas manus sursum elevatas transeat fileria, ita quod falco non habeat impedimentum in suo volatu ex fileria in aliquo impedita super terras.

15 De eadem. Ille vero, qui deposuerat loyrum, statim, cum videbit falconem venire ad loyrum, secedat suaviter a loyro, divertens faciem suam a loyro sic, quod falco non videat ipsam faciem, nec multum instando, quod falco prima vice vadat de longe ad loyrum, dummodo 73'a vadat¹ ad ipsum, ut pascatur super ipsum. Intentio non enim est in 20 prima vice, quod vadat de longe ad loyrum, sed cognoscat loyrum et diligat propter pastum, quem accipiet super ipsum, ut ex hoc postea vadat ad loyrum longius.

Quomodo debet falconarius ire ad falconem, quando est supra loyrum

25 **E**t ille, qui exspectans secessit aliquantulum a loyro, non accedat ad loyrum, nisi falco prius venerit ad loyrum. Sed postquam videbit, quod falco iam incipit comedere et est attentus circa comestionem, accedat hoc modo. Teneat falconarius galerum in capite suo, per quem falco minus possit videre faciem suam, ex facie enim visa hominis 30 posset sibi inerti timor. Vadat itaque suaviter et pedetemtim, deambulando in girum circumcirca falconem ita a remotis, quod falco non

possit perterreri ex tali giramento. Et si contigerit, quod falco sineret comedionem suam ex ambitu illius, ipse sistat gressus, donec falco reiteret. Et tunc commencement giramentum suum, ut circuitus fiat in minori ambitu, et propinquet falconi. Et sic girando ille, qui girat, declinet faciem suam a facie eius, quantum potest, et girans habeat semper carnes in manu sua, ostendendo ei semper illas carnes et proferendo illas voces, cum quibus vult assuefieri falconem ad comedionem, ut intendat sibi et non diffugiat a loyro. Sic autem giret se, quod falco in suo giramento semper remaneat ab illo latere et ab illa manu, in qua habet carnes, cum qua levare debet ipsum. Dummodo avis remaneat ab illa manu, ut diximus, et secundum quod falco erit mansuetus plus vel minus, accipiet girum suum a propinquiori vel remotiori. Incipiat itaque girum suum a remotiori et maiori ambitu, si falco est minus mansuetus,¹ et a propinquiori, si est magis mansuetus. Girabit totiens de giro maiori distingendo in minus, donec falco assecuret se bene de ipso. Videat, quod in ultimo giro sit adeo propinquus avi, quod sufficiat ad declinationem sui ante faciem falconis et porrectionem manus, in qua tenet carnes, ante pedes falconis. Postquam vero erit ita propinquus, quod videat sufficere posse ad extensionem sue manus usque ad ipsum, ipse pedem suum a parte illius manus, cum qua levare debet, extendat tantum versus falconem, quod non oporteat iterare passus, et tam suaviter, quod non pertimescat ex tali ductu pedis. Postquam vero extenderit pedem sufficienter, inclinabit se versus falconem, ostendendo brachium et ostendendo carnes, et genuflectat de alio genu et deprimat manum suam usque ad pedes. Melius inde videbit carnes et minus timebit de manu, si subsit ei, quam si porrigeretur ante faciem suam ab alto.

Quomodo Debet porrigerere carnes falconi

Carnes autem, quas sibi porrigit, supponat carnibus loyri, quoniam carnes loyri fortassis possint sordidari in terra, cum contigerit revolvi loyrum vel a proiciente in terra vel a falcone ipso distrahente et revolvente loyrum, aut quia carnes iste, quas porrigit sibi, meliores et melioris saporis. Et postquam brancavit illas carnes, quas

tenet in manu sua, facilius tollet ipsum de loyro. Si vero videt, quod
bene venerit ad loyrum, det sibi totum pastum suum de illis carnibus,
quas portavit super loyrum in eodem loco, si vult ipsum pascere. Si
vero vult pascere super loyrum, sic faciat. Carnes, quas tenet in manu
sua, relinquat falconi super loyrum hoc modo. Si carnes erunt coxa
galline aut alterius avis, ponet illam coxam super loyrum et retra-
het^{74a} manum suam in tantum, quod teneat illam coxam per pedem. Si
vero sint ille carnes ala galline aut alterius avis, tenebit eam per extre-
mitatem ale, et totum relinquit de ala falconi super loyrum. Et si sint
10 alie carnes, liget eas sic, ut sibi relinquat secure, et ex hoc evenerit,
quod falco, pascendo super loyrum et non super manum, cognoscet
magis loyrum. Et eo, quod tenet carnes a remotis, ut diximus, levando
manum suam de loyro, quantum potest, sequitur, quod falco non
poterit asportare carnes ipsas et fugere et erit magis attentus loyro
15 et non manu.

DE LOYRATIONE ITERUM FIENDA

Et si viderit, quod non bene venisset, oporteret iterare ad loyrum. Et
ut reiterare posset, ut melius veniat ad loyrum aut ut longius revo-
cet, oportet, quod elevetur falco de loyro in hunc modum. Postquam
20 posuerit manum suam cum carnibus super loyrum et falco iam ce-
perit carnes et assecurabit se comedendo, ipse cum alia manu capiet
loyrum, et sic cum ambabus manibus levabit loyrum cum falcone
desuper et levatum loyrum cum falcone comportabit usque genu
suum, super quod non est flexum in terra. Et hoc ideo, quoniam, si
25 falco esset avidus comedere et ipse vellet ipsum levare de loyro stante
super terram, propter aviditatem, quam haberet comedendi, collideret
caudam suam et alas in terra. Ex hoc posset ledere pennas suas, quod
non accidet ita de facili, quando levabitur cum loyro super genu.

QUALITER LEVARI DEBET DE LOYRO

30 Et postquam erit super genu, ut diximus, considerabit, an branca-
verit manum suam, in qua sunt carnes, cum ambobus pedibus, an
cum uno tantum, an cum neutro. Quam si brancaverit cum ambobus
pedibus, accipiet lactos et distringet, ne iterum capiat loyrum. Et

postea tollet loyrum cum alia manu, quoniam facile est tollere, et abs= 74b
condet ipsum sic, quod falco non videat ipsum, quoniam, si videret,¹
forte dimitteret manum tenentem carnes et deiceret se usque ad loy= 5
rum. Si vero cum altero brancaverit manum, in qua tenentur carnes,
ille cum alia manu sua elevet suaviter unguis alterius sui pedis de
loyro et reducat ipsum pedem ad manum suam tenentem carnes et
acciipiat iactos et distingat ipsos sic, quod non possit iterum su= 10
mere loyrum, deinde tollat loyrum et abscondat, ut prius. Et si cum
neutro brancaverit manum suam, ipse elevet de loyro primo pedem
propinquum sibi et ponat super manum tenentem carnes illum pe= 15
dem et iactum illius pedis capiat. Deinde elevet de loyro alium pedem,
ponat super manum et iactum istius similiter capiat. Et postea faciat
de loyro tollendo et abscondendo, ut dictum est. Et sic elevato falcone
alia vice loyret et ipsum pascatur super loyrum, ut dictum est.

DE LOYRATIONE

Circa vero principium loyratioris falconis ille, qui recedit a falcone 15
portans loyrum, recedat et extendat brachium, ostendendo loyrum
falconi, tot vicibus faciendo hoc, quo usque falco diverberet se ad
eundem, quamvis non videat loyrum. Hoc erit signum, quod non est
opus illum, qui vadit ad loyrandum, ostendere loyrum, dum vadat.²⁰

In quibus locis debet loyrari in principio extra domum

Quando vult incipere loyrate falconem extra domum, poterit hoc
facere in terra arata aut arenoso loco, in via et in prato.

DE IMPEDIMENTO TERRE ARATE

Sed in terra arata potest accidere impedimentum de credentia, quia pot= 25
erit detineri a glebis in suo discessu et impediri et poterit de facili
sordidari ex terra mota arata, et quando pascetur falco super loyrum,
posset nocere alis suis et caude propter duritiem glebarum.

DE ARENOSO [LOCO]

In arenoso vero loco non accideret lesio in pennis alarum et caude,³⁰
neque haberet fileria impedimentum, sed carnes possent de facili sor= 74^a

didari, et male pascatur inde falco aut eas non diligeret sordidatas, sed minus noceret sordidatio carnium facta ex arena quam ex terra arata.

DE VIA

- 5 In via vero credentia non impediretur neque penne lederentur, sed carnes de facili poterint sordidari, si via est pulverosa. Et homines et animalia possent transire per viam, ex quo impediretur actio sua loyrandi. Sed si contingat, quod ventus veniat per longum vie, bonum erit.

10 DE PRATO QUOD SIT MELIUS

In prato longe melius est quam in aliis locis, quando non fileria impeditur, non penne ledentur, non carnes sordidabuntur. Et quanto herba prati erit minor et densior, pratum erit convenientius.

DE LOCO IN QUO NON DEBET LOYRARI CUM CREDENTIA

- 15 Item in principio loyrandi extra domum, dum scilicet loyrat cum credentia, non debet loyrare in locis, in quibus sunt herbe magne, quoniam, si loyaret intus herbas magnas, non esset bonum, quia falco non posset videre loyrum inter herbas nec carnes, quare falco non vellet ire. Et si contingret, quod iret, fileria posset impediri et detineri per herbas in aliqua parte sui, per quam detentionem filerie falco cogeretur cadere intus herbas, quas nullum habet de odio, propter quod haberet et minus libenter veniret ad ipsas, si herbe madefacte sunt rore. Quousque ros exsiccatus non fuerit, nullo modo loyretur, nam falco, videns madefactionem herbarum, crederet esse aquam sub 25 herbis, et non descenderet ad loyrum, sed cum fileria detineat ipsum, necesse est, ut cadat intus herbas et madefiat, ex quo multo magis timeret, quam si caderet intus herbas sine rore, cum habuisset duplex impedimentum ex rore et herbis. Propter hoc non est loyrandus intus herbas, et multo minus loyrandus est inter herbas roridas.
- 30 Item neque in locis fruticosis debet loyrari cum fileria, quia impediretur fileria in veniendo, neque inter magnas arbores. Quoniam falco amat loca expedita, odit arbores, et super arbores possent esse aquile et vultures et alie aves, de quibus timeret falco, quas aves homo non tam cito perpenderet, quemadmodum et falco quare.¹

De tempore et hora, in quibus loyrari potest

De tempore autem loyrandi et de hora sic dicitur, quod in estate bis in die potest quis loyrare: mane, postquam sol elevatus erit super oriōntem orientalem XV gradibus, hoc est in prima hora vel tertia, et sero similiter, quando sol erit adhuc XV gradibus super oriōntem occidentalem, et hoc est circa ultimam horam diei. Et hanc etiam considerationem habebit: si dies estivus fuerit serenus, calidus, pluviosus, poterit anticipare aliquantulum in hora prima et tardare in hora ultima, et si fuerit nubilosus et non calidus, poterit tardare post primam horam, quantum videbit sufficere posse, et anticipare horam serotinam. Considerabit, quod debet etiam loyrare in illis horis, in quibus consuevit dare pastum falconi. Unde, sicut bis pascitur in estate, sic bis debet loyrare in estate, secundum quod semel in hieme pascitur, sic semel in hieme debet loyrare et in simili hora.

DE NECESSITATE HOMINUM AD LOYRATIONEM

Item ad hoc, quod falco possit loyrari extra domum, duo homines sunt necessarii ad minus: unus, qui tenet falconem, alter, qui revocabit falconem ad loyrum. Et debent esse ambo pedites et in prato, si haberit poterit pratum, alioquin in locis supradictis magis convenientibus. Et ille, qui non tenet falconem, debet explicare credentiam, et ille vero, qui tenet falconem, debet retinere globum credentie et sinere explicari debet. Ille, qui non portat falconem, vadat contra ventum, quanto rectius poterit, portando caput filerie primum, quod tenet tam longe, quam longe suspicabitur falconem venire velle ad loyrum. Et in loco illo ponat signum, ut sciatur longitudo credentie explicate ad opus loyrandi, et dimittat caput filerie in terram, ubi signavit. Et redeat ad aliud caput filerie et recolligat credentiam ipsam in unum super terram successive et in girum, ut secundum girum cadat super primum, et sic de aliis per ordinem, ita quod caput, quod portaverat, veniat de super et usque ad illum, qui tenet falconem. Ille vero, qui tenet falconem, accedat ad illum locum, in quo recollecta est fileria, ita quod fileria sit ab alio latere suo quam ab illo, ex parte cuius portat falconem, et socius suus sit ex eodem latere, in quo est fileria. Et socius ille

liget carnes ad loyrum utrumque, ut diximus, et ille, pro eo quod
habet ambas manus suas expeditas, alliget superius caput credentie
ad extremitatem longe primo, accipiat loyrum et porrigit socio suo ea
forma, qua prediximus. Et ille, qui tenet falconem, iterum evellet ca-
5 pellum falconi, si tenet capellum, et si non tenet capellum, ponat per-
sonam suam inter falconem et loyrum. Deinde accipiat loyrum et fa-
ciat, quod diximus de faciendo mordicare, abbecando falconem et de
reddendo loyrum. Et alter portet loyrum, quam rectius poterit, contra
ventum usque ad signum et dimoveat loyrum prope terram, ut falco
10 possit videre loyrum et carnes loyri, et recedens cum loyro ab illo,
qui tenet falconem, non habeat anterius versus falconem, sed deorsum
sive posterius. Nam [ei] anterius teneret versus falconem, quando
ostenderet sibi loyrum, falco timeret de anteriori eius, cum naturaliter
magis timeat anteriora quam posteriora, et quando oporteret ipsum
15 recedere a loyro in adventu falconis, cum maiori circuitu oportet
ipsum recedere et cum magis repentina motu, de quibus falco in ad-
ventu suo posset timere et devertere se a loyro. Et ille, qui tenet fal-
conem, debet videre aspectum falconis, et quando falco attente aspi-
ciet loyrum et affectabit ire ad ipsum, permittat ipsum ire, et si aspi-
75 b ceret falco ad aliam partem et se diverberaret tamen versus loyrum,¹
cum forsan aliud vidisset ultra loyrum longius, quod affectaret, non
permittat ire, donec reducat intuitum suum et infingat in loyrum
attente. Et ille, qui tenet loyrum, videns venire falconem ad loyrum, in
eam distantiam deponat loyrum, quod falco per distantiam nimiam
25 non perdat videre loyrum, quando depositum erit, et quod per pro-
pinquitatem non pavescat propter motum, quem faciet recedendi.

DE LOYRATIONE

Item falco non debet loyrari ita, quod ventus veniat ex transverso sive
a latere. Accideret enim, si ventus veniret a latere, quando falco caperet
30 girum suum in vadendo ad sedendum contra ventum, sicut cetere
aves faciunt, quotiens vadunt ad sedendum, accideret, inquam, ex
giro, quod credentia distraheretur per terram et distracta reciperet
impedimentum in suo discursu - quia vix posset inveniri locus ita
planus, ita expeditus, in quo non possit impediri - et sic ipsa impe-

dita retraheret falconem volentem girare ad sedendum, impeditum et
detentum detraheret in terram, priusquam ad loyrum perveniret. Et quoniam ad loyrum non perveniret, expediret reiterare loyrationem.
Illa alia vice ad loyrum non libenter veniret, quoniam timeret ex eo,
quod sibi prius acciderat. Item, si loyretur falco secundum longitu- 5
dinem creditie per transversum venti aut cum vento, scilicet quod
ventus veniat a tergo falconis - cum oporteat, quod falco faciat girum
suum in veniendo ad sedendum ad loyrum contra ventum et illud
girum esset de semicirculo aut de portione maiore semicirculo, et
lineam arcus semicirculi, aut proportionis maioris longitudinis esse- 10
necesse est, quod, veniens per diametrum, non posset complere girum
suum et, cum conaretur complere, detineretur et caderet in terram,
quia longitudine filerie non¹ patitur girum: propter hoc non cum vento 75^a
nec contra ventum.

DE LOYRATIONE

15

Item malum est loyrare vento transversante, ut diximus, sed maius
malum est loyrare cum vento, ita scilicet, quod ventus veniat a tergo
falconis ipsi ad loyrum eunti, cum quia non poterit bene cognosci,
quando se movebit ad loyrum, quia contra ventum movebit se et loy-
rum est sub vento, cum quia duo gira faciet, priusquam perveniat ad 20
loyrum. Unum girum faciet in exeundo de manu, contra ventum scilicet,
et quando pervenit ad loyrum, pertransibit loyrum, ut accipiat alium
girum contra ventum ad loyrum, si giraret. Et in secundo giro time-
ret de facie falconarii, qui volverat dorsum versus falconem. Et falco,
[qui] accipiet girum contra ventum, ut veniat ad loyrum, veniet ad an- 25
teriora falconarii, ut veniat contra ventum ad descendendum super
loyrum. Et propter has causas neque cum vento nec per transversum
loyrandus est falco. Relinquitur igitur, quod contra ventum, si ventus
est, quoniam, ne fileria impediretur per girum falconis - non est enim
ei necesse, quod se giret ad sedendum, cum ventus sit ei oppositus 30
recte -, cum cuius adiutorio se deponit melius et insidet.

DE LOYRATIONE

Item, postquam videbitur, quod bene venit ad loyrum et assecuret se super loyrum, et hoc cum credentia, priusquam sine credentia loyretur, convenit, quod non solum deponatur loyrum in terra, ut diximus, sed proiciatur loyrum per aliquot dies et vociferet reclamans ipsum. Et sic assuescit vocem et ei intendet et assuescit iactum loyri, ut, quando loyrabitur sine credentia, descendat libenter ad iactum loyri. Et quotiens loyrabitur, debet semper loyrari cum illa manu, cum qua incipitur, ostendendo sibi loyrum, et deponi et iactari. Nam si transmutaretur de illa manu, cum qua in'cipitur, ad aliam, accidit de aliquibus falconibus, quod ex secunda transmutatione ignorant, quod eis fieret, et ad loyrum nolent venire .

De eadem. Item assuefactio ad iactum loyri, quando loyratur cum credentia, valet, quoniam, si non esset assuetus ad iactum loyri, cum loyrabitur cum credentia et a pedestri, si postea loyretur ab equestri et sine credentia – cum desuper equum non possit deponi in terram quemadmodum a pedestri, sed oportet, quod proiciatur ei loyrum –, ipse, inquam, falco, videns tunc iactum loyri, quem adhuc non viderat, non cognoscet loyrum, sed timebit et dimittet. Et si ille vellet descendere de equo ad deponendum loyrum in terra, ut consueverat, falco pertransibit illum, priusquam descenderit et loyrum deposuerit. Propter hoc expedit, quod, antequam sine fileria loyrentur et a pedestri, assuescant vocem reclamantem et iactum loyri, ut hoc citius recognoscant, quando fiet ab equestri. Et hec tria, circuitio loyri primo et vox secundo et iactus loyri tertio, sunt, per que venit ad loyrum, et si contingat, quod falco recedat, fit per hec redire.

DE LOYRATIONE

Postquam videbitur, quod bene assecurat se et bene venit ad loyrum, expedit, priusquam loyretur sine credentia, quod iactetur ei loyrum, eam distantiam considerando falconis, que attendebatur in deponendo ei loyrum, scilicet ut non sit falco neque multum propinquus, ut timeat, neque multum distans, ut loyrum iactatum videre non possit. Item, postquam circumduxerit falconarius ante se pluries et velociter,

ut debet fieri, proicet loyrum, non elevando ipsum ad altum, sed iactabit loyrum collateraliter sibi tam longe, quod extimet esse quatuor passus. Nam si longius proiceretur, posset impediri fileria in adventu falconis, qui dimittet rectitudinem vie, qua ibat ad falconarium, et duceretur ad eundum ad loyrum, et ex illo impedimento filerie vel^{76a} curitate eiusdem usque ad loyrum noceretur falconi. Et proiciatur etiam loyrum in imum super terram, ut revolutiones capiat super terram, et falco animabitur perinde plus ad eundum ad loyrum, nam si ab alto proiceretur loyrum [et] non revolveretur totiens super terram, non animaretur falco ad eundum ad ipsum.¹⁰

DE PROICIONE LOYRI

Item non proiciatur loyrum obviam falconi, scilicet contra falconem venientem, quoniam falco semper timet a re obviante sibi, sed iactetur per transversum, ad quod vadit volans, elongando recte ante se et ab ipso loyrum. Sed iste modus per longum minus bonus est, quoniam homo remanet inter falconem venientem et loyrum. Transiens itaque falco per faciem hominis, accidere poterit, quod pavescet de homine et divertet ab homine et ad loyrum non ibit.¹⁵

DE LOYRATIONE

Multi vero falcones sunt, qui volantes ad loyrum non insident statim super loyrum, sed prope, deinde respiciunt timorose circumquaque, donec se assecurant, et postea vadunt pedites usque ad loyrum et insident super ipsum. Et postquam insiderint super loyrum, si homo accedat super ipsos, conantur asportare loyrum, et si non poterunt asportare, trahunt ipsum, et si non poterunt distrahere, deicent loyrum, quod totum accidit propter agrestitatem suam. Et posset inde amitti falco, si ante hec signa tolleretur fileria. Unde a talibus nondum removenda est credentia neque ab aliis omnibus, donec faciunt hec signa: et falco statim, quod videt hominem euntem ad loyrandum, diverberat se ad illum et, viso loyro, incontinenti et subito recedit de manu et vadit animose ad loyrum et avide insidet super loyrum, quo bene expectat hominem et non deictat loyrum propter adventum hominis ad ipsum. Quando, inquam, hec signa erunt in

falcone, poteris tollere secure credentiam et incipere loyrate sine credentia. Item, priusquam loyretur ab equite, oportet, quod loyretur a
76b pedite et sine credentia,¹ non longe, non longius. Et primum sit in duplo longitudinis, quam sit longitudo filerie, et poterit gradatim
5 ascendere usque ad centum passus geometricos, quorum quilibet est longus longitudine trium brachiorum, et brachium dicetur a principio humeri usque ad extremitatem digitorum, et hec mensura sit de homine mediocris stature.

DE MODO LOYRANDI FALCONEM A PEDITE

- 10 Modus autem loyrandi falconem a pedite sine credentia talis est. Ille qui recedit cum loyro, quando incipit loyrate sine credentia, portet loyrum usque ad locum, ubi debet loyrate, et ostendat loyrum in illo loco falconi, sicut faciebat, quando loyrabat cum credentia. Quando autem videbit, quod falco veniens ad loyrum sit in medietate vie,
15 tunc teneat loyrum cum corrigiola longa et circumducat loyrum. Deinde, quando falco venerit usque prope locum, in quo consuetum erat iactari sibi loyrum, iactetur loyrum in imum prope terram, quam longius poterit iactari. Et si videret, quod falco, priusquam recessisset de manu, divertere velit a loyro propter inconsuetam circuitio-
20 nem loyri, statim, quod videbit hoc, ille, qui tenet loyrum, iactet sibi loyrum, nam iactum loyri, quem consuevit, cognoscet falco. Quod si non videret loyrum prima vice iactatum, recolligat ipsum loyrum et iterum iactet. Hic autem modus loyrandi fiat per aliquot dies, donec assuescat circumductione loyri. Quod si contingat, quod falco nolit
25 loyrum, quod sibi iactatum est, [et] divertat, ille, qui tenebat falconem, habeat secum unum loyrum et equum prope se, non tantum prope loy- rum, quod falco deictat loyrum pro timore equi, et equitans sequatur falconem, et cum erit sub falcone, ita quod falco videat eum, iactet loyrum sine circumductione. Et hoc idem faciat ille, qui emiserat fal-
76a conem, si pedes emisit, et si eques est, similiter insequatur¹ falco- nem vociferando, usquequo precedat ipsum, et faciat deinde, sicut diximus. Postquam vero falconarius, qui vult loyrate, iverit ad locum loyrandi et incepit loyrate, circumducendo loyrum, et falco videns circuitiōnem statim exeat de manu ad eundum ad loyrum, erit hoc

signum, per quod poterit loyrari postmodum ab equite. Illo modo igitur circumducatur loyrum et vociferabit et cetera faciet, que supra dicta sunt, et hec siant pedes et sine credentia. Cum equo vero non convenienter loyratur falco habens credentiam.

De eodem. Item, postquam hec omnia videbuntur esse perfecta, que dicta sunt, loyrabitur in equo et sine credentia, longe et longius abscedendo cum loyro, ut dictum est, quam dum loyrabitur a pedestre. Et quando volet loyrare, ita se revolvat in loyrando, sive cum dextra sive cum sinistra loyrabit, quod nec equus nec sua persona sit inter loyrum et falconem, quia posset inde impediri falco, ne videret loyrum, sed circumducatur loyrum velociter pluries et postea vociferet, quoniam proinde falco libenter veniet ad loyrum. Et si ille vociferaret, priusquam circumduceret loyrum, falco, audiens vocem, volaret, et cum non videret loyrum, posset divertere et amitti. Propter hoc melius est circumducere loyrum et postea vociferare, ut loyrum videat, quo viso, ad loyrum vadat et non ad aliam partem. Et ultimum spatium loyrandi in equo sit unum stadium, quod est septima pars miliarii fere, quod miliarium constat de mille passibus, de quibus passibus locutus est in capitulo loyrandi a pedestre sine credentia.

DE MODO LOYRANDI AB EQUITE

Item in principio, quando loyrabitur ab equite, non statim, quod venerit ad loyrum, descendat falconarius de equo suo, nec statim vadat ad ipsum, quoniam posset inde pavescere, cum non fuerit assuetus, neque de equo, neque de descensu suo de equo, sed, sicut pedes¹ 76^b girabat circa ipsum, distingendo sua gira, sic eques girabit ipsum, distingendo girationes. Et postquam assecuratus erit, descendet suaviter de equo et accedat ad ipsum circumeundo, ut dictum est, et elevabit ipsum, ut dictum est. Istud tamen attendat, quod giret circa ipsum et ex ea manu, ex qua portare consueverat, et sic descendat, quod equus non remaneat inter se et falconem, quoniam et se et equum oporteret girare in adeundo ad ipsum falconem, et esset difficilior accessus et timorosior ipsi falconi.

De eodem. Item ille, qui portat falconem, habeat secum unum aliud loyrum, quoniam, si contingat, quod falco aliqua occasione, scilicet

ex ave visa aut ex alia causa quacumque, quia loyrum non vidit, ad loyrum non vadat, sed ad aliam partem divertat, ipse cum loyro, quem portat, ipsum studeat revocare.

- De eodem. Item, si loyrum non habuerit et contingat, quod credit,
5 quod falco videat loyrantem et sic dimittat eum abire de manu sua,
et ipse falco, postmodum non videns loyrantem, super caput eius,
qui emisit ipsum, proinde circumvolabit vel alio ibit, ille cum equo
currat velociter, quantum potest, versus loyrantem et vociferet, ut
10 falco causa vocis sue illum sequatur versus loyrantem, cui statim,
quod videbit, quod falco discernat loyrantem, non est opus amplius
tam velociter sequi falconem. Hic igitur est modus loyrandi falconem
et omne genus falconum, et est sufficiens pro singulis falconibus,
etiam pro illis, qui fuerunt capti post mutationem suam, antequam
15 essent mansueti, qui difficiliores ceteris sunt ad mansuefaciendum et
ad loyrandum. Item ille, qui prius loyrat falconem, debet prius cir-
cumducere loyrum aliquotiens in loyrando quam vociferare. Ille au-
tem, qui tenet falconem, aspiciat semper ad visum falconis, ut non
sinat eum ire ad loyrum, nisi prius viderit, quod infigat intuitum
suum ad loyrum, et si diverberaret se versus loyrum, aspiciens ad
20 aliam partem, non dimittat ipsum propter hoc recedere de manu. Diver-
berat autem' necessario se versus loyrum, quia contra ventum loyra-
tur, et propter hoc non semper est deicendus, quotiens diverberat
se versus loyrum, sed cum infigit intuitum, sicut dictum est. Caveat
autem, qui loyrat, ne propter vocem, quam profert in loyrando, canis
25 ad ipsum veniat, moris namque canis est ad vocem venire, ex canis
autem adventu falco timeret venire ad loyrum. Et si falco iam venisset
ad loyrum iactatum et canis adcurreret ad loyrum, quod sepe accidit,
canis perterraret falconem, unde falco possit amitti vel administrus odi-
ret loyrum.
- 30 De eodem. Postquam vero perfecte loyratus est, non debet portari
foras cum longa. Nam si portaretur cum longa, accidere posset, quod
ex lubrico casu et precipitatione equi detentus in manu interciperetur
inter equum et terram vel hominem et terram vel hominem et equum
et moreretur vel lederetur. Et si contingaret, quod recederet cum longa,

potest accidere, quod pendere posset in detentione longe in aliquo loco, et posset vastari, priusquam succurreretur ei.

QUOMODO LOYRANT ILLI DE ANGLIA

Illi vero, qui habitant Britaniam, que vocatur Anglia, non loyrant hoc modo, quoniam nunquam loyrant equites neque vociferant, sed loy= 5
rant pedites. Et loyrum proiciunt in altum recte et postquam ceciderit in terra, iterum proiciunt in altum, et hoc faciunt, donec videat falco loyrum et incipiat venire ad ipsum. Et postquam ille, qui proicit loy= 10
rum, videt falconem prope venientem, stat et dimittit ipsum venire super loyrum. Et est causa hec, quare non loyrant equites, quia non conveniret et difficile esset proicere loyrum et descendere iterum ad proiciendum.

QUARE NON VOCIFERANT IN LOYRATIONE

De vociferatione vero quesivimus, quare scilicet non vociferant, et nesciunt reddere causam, nisi tantummodo, quod hoc haberent ex usu. 15
Sed opinamus antiquos eorum loyrandeo non vociferare, pro eo scili= 77b
cet, quod faltones, quando etiam mittuntur ad airones, necesse sarium est vociferare, quoniam airo reddit se frequenter ad aquas timore fal= 20
tonis et cum vocibus perterretur, ut surgat ad aerem sepius, et quod faltones gruerii, quando in principio venationis sue, hoc est ante quam plures aves ceperint, iacentur et emittantur ad sedium gruum, quando, inquam, faltones sunt prope gruem, oportet vociferare ad grues, ut surgant. Falco enim audiens, si assuetus fuerit ad loyrum voc= 25
ferando, credens se revocari ad loyrum per illas voces, dimittet grues et redibit ad vociferantem spe loyri. Propter hoc non vociferant in loy= 25
rando. Et quoniam ipsi venantur ad airones et ad grues plus quam ad alias aves, assuefaciunt faltones ad loyrum non vociferando.

QUID NOBIS VIDETUR

Nos tamen dicimus, quod melius est loyrate vociferando, quoniam naturale est falconibus abfugere ab homine, sed retrahere ipsum fal= 30
conem ab hac natura non poterit fieri, nisi cum accidentalni magisterio et convenientibus instrumentis. Necessarium est igitur omnia illa

ordinare, per que possit habitus retineri et, si perdatur, recuperari. Et inter ea, per que retinetur aut recuperatur, propria sunt loyrum et vox. Vox enim suscitat auditum, ut volans sequatur vocem et approximando discernat loyrum visu. Si enim circumdatur loyrum aut iactetur supra morem eorum et non vociferetur et sit falco in loco, in quo non possit videre loyram, non veniet ad loyrum, cum non audiat vocem conducentem ipsum ad loyrum. Colles enim et nubilum tempus, silve et nemora sunt de illis, que impediunt falconem videre loyrum. Item accidit quandoque, quod falco volabit et sequetur illam avem, quam falconarius nollet eum sequi et ad illam non fuit emissus,
77^a et tunc, si circumducatur loyrum aut iactetur et sine voce, ipse¹ falco [non] videbit loyrum, cum inservierit intuitum suum in avem, et non dimittet avem, quam insequitur pro loyro. Sed si vocem audiat loyrantis et ad eam sit assuetus, revolvet caput suum ad vocem et, re-volvendo caput, videbit loyrum, quo viso, dimittet avem et redibit ad loyram. Propter hoc melius est loyrate cum voce, quia vox com-movet auditum, ut diximus, et auditus conductus visum ad discernendum loyrum. Hec duo suscitant gustum, gratia cuius consuetus erat venire ad loyrum. Sed id, quod diximus supra, propter quod opinabamur, quod ipsi facerent, facile docebuntur emendari, ut infra docetur, quando docebuntur volare ad grues et airones.

DE LOYRATIONE

Si vero plures sint simul, qui debent loyrate plures falcons, quando erunt in loco, in quo loyrate debent, unus illorum, qui loyrate volet unum falconem, secedat ab aliis cum loyro suo, ita quod falco secerat ipsum ab aliis et circumductum loyri, nam si proximus esset aliis, falco impediretur ad videndum circumductum loyri. Et propter hoc debet loyrate ipsum in loco eminenti, ubi non impediatur visio loyri aut propter arbores aut propter aliquid aliud. Et si non poterit habere locum eminentem, loyret in illo loco, ubi falco possit discerne melius circumductionem loyri. Duo autem falconarii, unus, qui emittat falconem, et alias, qui loyret, sint experti in hiis, que diximus.

De signis, que faciunt falcones non diligentēs loyrum

Diximus omnia necessaria fieri in loyratione cuiuslibet generis falconum, que dicta sunt sufficienter ad hoc, quod perfecte sint loyrati. Sed quoniam aliqui falconum sunt, [qui] per omnia, que diximus, quāvis fiant eis, non tantum diligent loyrum, convenit, ut dicamus, que signa faciunt illi, qui loyrum non diligunt. Signa autem horum accipiantur, et dum est super¹ manum, et priusquam iam volat ad loyrum. Super manum faciet hec signa, sive sit de illis, qui assueti sunt ad capellum, sive de illis, qui non, quando loyrantur. Et [si] ille, qui portat falconem, ostendit loyram falconi, falco ipse quandoque respicit ad loyrum, quandoque ad aliam partem, nunc dextrorum, nunc sinistrorum. Et cum aspiciet ad loyrum, movebit caput et collum versus loyrum et per visionem loyri non exacuit se neque distingat plumas, excutit se, deinde egerit et postmodum volat ad loyrum. Postquam vero iam recessit de manu, faciet hec signa. Respicit retro et quandoque ex utroque latere et non directe volat ad loyrum, sed divertit a via huc et illuc, et quandoque volat verberando alas lente et quandoque extensis alis volat et perveniens ad loyrum non capit avide loyrum. Et de hiis omnibus, que supra dicta sunt, facit magis et minus, scilicet quod magis et minus non diligit loyrum. Hic falco loyrandus est diutius quam illi, qui diligunt loyrum, et debet homo facere illis super loyrum ea, que magis placeant, tam de carnibus quam de aliis. Unde plures falconarii ligant super loyrum columbum vivum aut aliam avem vivam, ut magis eis placeant super loyrum, quod non reprobamus. Falco autem, de quo nescitur, an fuerit perfecte loyratus an non et an diligat loyrum an non, loyre= tur, et in loyrandō poterit cognosci id, quod est de ipso, per signa, que dicta sunt.

DE MELIORI VOLĀTU SIGNA

Cum autem in loyrandō videatur girofalcī primus volatus et in hoc possit discerni de sanitate sua, quantum pertinet ad volatum, scilicet de renibus et de aliis, expedit, ut dicantur signa, per que cognosci possit melior modus volatus et per quem volatum spes est de falcone, quod debeat esse bonus. Volatus itaque falconum ad loyrum sunt diver-

sorum modorum, nam quidam volant ducendo alas frequenter et
quidam raro, et quidam ducendo alas fortiter et quidam debiliter. Et
78a de illis, qui ducunt raro, quidam¹ ducunt fortiter et quidam debiliter,
et de illis, qui ducunt frequenter, sunt, qui ducunt debiliter, et sunt,
5 qui fortiter. Et sunt, qui volando reversant alas ad dorsum, et sunt
quidam, qui non, sed subtus se. Et sunt de utrisque, qui ducunt
debiliter, et sunt, qui fortiter. Et quidam vadunt ad loyrum alte et
quidam ime et quidam mediocriter. Et de istis omnibus quidam propter
10 ventum non dimittunt, quin recte vadant ad loyrum, et quidam propter
ventum divertunt huc et illuc. Isti sunt modi volatum, quos faciunt
faltones sani.

DE MĀLIS VOLĀTIBUS

Infirmi vero non habent istos modos, sed quidam ipsorum, quamvis
ducant alas bene et equaliter, caudam tamen dependent et tenent
15 apertas pennas caude aliquantulum. Et hec significant debilitatem re-
num. Cuius signum est, quod alas ducunt bene, sed tenens caudam
[apertam], male tenet et pendendo. Et sunt quidam, qui hoc faciunt. Eo
enim, quod in renibus non patiuntur, tenent dorsum equale et cau-
dam, ut debent, sed quoniam patiuntur in alis, non ducunt bene ip-
20 sas, sed curvas et subtus se et debiliter. Faciunt gibbum in fine dorsi
prope caudam et perveniens ad loyrum dimittit se cadere super loy-
rum, non regendo se. Et qui patietur in utroque, signa habebit in
utrumque. Et quidam sunt, qui ducunt alas inequaliter, alteram scilicet
25 fortiter et alteram debiliter, et quidam ducunt unam extensam et al-
teram curvam, et horum quidam habent lesam illam, quam ducunt
extensam, et quidam illam, quam ducunt curvam, secundum modum
egritudinis existentis in ala.

DE MELIORI VOLĀTU

Igitur dicti sunt modi volatum ad loyrum, tam de falconibus sanis
30 quam de infirmis. Et inter omnes istos volatus meliorem reputamus,
ut ducat alas nec frequenter nec raro, sed mediocriter et fortiter, re-
versando firmius ad dorsum quam replicando ad subterius, et dor-
sum teneat equale caude et caudam non pendentem et neque volet alte-

neque imē, sed medi'ocriter, et propter ventum non divertat et teneat 78b
caudam non dependentem equaliter dorso et pennis caude recollec-
tas invicem et ducat alas equaliter. Et qui habebunt has proprietates
omnes, melioris erunt speciei, qui plures, sed non omnes, et preci-
pue, qui fortiter ducunt alas, erunt bone speciei. Sunt tamen quidam, 5
qui non diligunt loyrum, ut predictum est, propter quod non faciunt
ita bonam volaturam, quam possent facere, et non est desperandum,
nisi prius cognoscatur, an faciant hoc propter loyrum, quod non
diligant, aut propter impotentiam. Si enim propter loyrum, quod non
diligunt, faciunt, de hoc non est desperandum, si vero propter impo- 10
tentiam, desperandum.

DE ILLIS QUI FATIGATI SUNT EX MĀLA PORTĀTIONE QUOMODO COGNOSCUNTUR

Et illi, qui fatigati sunt, aut ex mala portatione aut ex longa via aut 15
ex multis diverberationibus, cognoscuntur in volatu ad loyrum. Pot-
est esse, quod diligunt loyrum et irent libenter ad loyrum, sed quia 20
fatigati sunt, movent alas debiliter et replicant eas ad subterius solum,
non reversando eas ad superius, et graviter incident super loyrum,
quod accedit eis, quia impotentes sunt ex fatigatione. Fatigatio autem
istorum potest esse magis et minus propter malam portationem et 25
propter longam viam aut propter multas diverberationes magis et
minus factas, et secundum quod erit magis et minus fatigatio, et se-
cundum maiorem fortitudinem falconum unius speciei quam alterius
vel falconis unius speciei quam alterius eiusdem.

De falconibus non consentientibus 25

Dicto de falconibus, quomodo loyrantur et quorum volatus est me-
llioris speciei, priusquam dicatur de eisdem, qualiter doceantur ad
traynam - cum de ipsis alii consentiant et alii non, et illi, qui con-
sentiant, cum pauciori trayna doctrinabuntur quam illi, qui non con-
sentiant, et cum inter omnes modos falconum pauciores inveniantur¹ 78'a
consentientes de girofalcis et sacris quam de aliis, et girofalcis et sa-
cri sepius doctrinentur ad capiendum magnas aves quam ceteri, ad

quas capiendas magis exigitur societas quam ad capiendas minores
aves, et cum associari non possint, nisi consentient invicem - expedit,
ut primitus cognoscatur, qui debeant consentire et qui non. Verum,
cum non possit haberi ab eis neque appareat in eis aliquid signum
5 consentendi - nam quidam eorum consentiunt stare insimul in una
pertica, qui tamen neque in volando simul neque in aliis consentiunt,
et econtrario, scilicet quod quidam eorum consentiunt in volando si-
mul, qui tamen non consentiunt stare simul in una pertica neque
forsan in ceteris - expedit, quod probentur per eorum operationes, qui
10 illorum consentiunt et qui non. Sed hoc non potest melius videri
quam in faciendo ipsos volare simul ad loyrum. In loyrando perci-
pietur, qui consentiunt volare simul et non esse simul super predam,
aut qui non consentiunt volare simul, tamen consentient esse simul
super predam, aut neque in volando simul neque super predam sibi
15 invicem consentiunt. Propter hoc inquam, priusquam mittantur in
traynam, convenit, ut in loyrando probetur, qui futuri sunt con-
sentientes et quomodo, et qui non et quomodo non. Probationem autem
hanc non solum fieri utile est, ut cognoscatur, qui consentiunt et
quomodo et qui non et quomodo non, sed ut et per eam videatur de
20 non consentientibus, secundum quem modum non consentiunt.

DE MODIS NON CONSENTIENTIUM

Est namque triplex modus non consentiendi. Quidam enim falconum
sunt, qui non consentiunt, dum volant cum socio, sed solummodo
querunt capere et capiunt iactos alterius. Pro eo enim, quod vident
25 illos iactos pendentes, credunt, quod portet predam. Et huiusmodi
faltones sepius hoc faciunt in volando, sed tamen, postquam acce-
perit iactos unus alterius, dimitunt¹ se statim, et si forte alia vice se
ceperint, similiter statim se dimittent, et quotiens se ceperint, totiens
se dimittent.

30 De eisdem. Et sunt quidam, qui capiunt iactos et, captis illis iactis,
per illos iactos se invicem distrahunt et deportant ad terram, et post-
ea sese dimittunt.

De eisdem. Et quidam sunt, qui non capere querunt iactos, sed que-
runt capere precedentem sequens, quasi esset aliqua avis, quam vellet

predari, et aliquando ipsum capit, quod satis est periculosum ambo-
bus, et quandoque precedens avertet illum, qui sequitur, et quando-
que videbit et ipsum expectabit, ut precedat, et tunc capiet ipsum,
precipue si hic, qui expectat, non consentit.

PROBATIO

Probatio circa huiusmodi [falcones] tali modo fiet. Erunt duo falco-
narii cum duobus falconibus probandis, qui stabunt in aliquo loco
patenti, et erunt duo alii, uterque cum loyro, qui precedunt longe ab
hiis, quantum distare debent a falconibus falconarii, qui loyrant. Et
in medio vie inter illos et eos stet unus cum loyro vel duo, uterque
cum loyro, sed melius est, quod sint duo. Et illi duo, qui longe stant
ad loyrandum, debent esse pedites, ut citius succurrant falconibus,
si se capient, priusquam venerint ad loyram, nam si essent equi-
tes, ipsi falcones possent se invicem capere, priusquam descendissent
de equis et accurrisserent eis. Et debent isti duo stare unus ante alium
tam longe, quantum posset esse iactus unius lapidis parvi, et unus
debet loyrate, et aliis non. Et statim, cum primus vocabit falconem
ad loyrum, uterque illorum, qui tenent falcones, dimittat ire ambos
falcones ad loyrum, si ambo viderint loyrum simul. Sed si unus
falco prius viderit, ipse prius emittatur, alias, qui non vidit, emitta-
tur et impellatur statim post ipsum.

De eadem. Et postquam duo falcones sic erunt emissi ad volandum
ad loyrum, ille, qui erit in medio vie, consideret, si ambo isti¹ falco-
nes, dum volant et dum transeunt per medium vie versus loyrum,
sese capiant, quia, si sese capiant invicem, currat illuc, descendens
de equo ad separandum eos, et interponat aliquid inter ipsos, ne cum
rostris se ledant, et si incarnaverint unguis suos alter in alterum,
removebit pedes eorum ab invicem hoc modo. Aperiendo digitos pe-
dum sublevabit et extrahet eos digitos suaviter, et tunc elevabit unum
super manum suam, opponendo personam suam alteri, ne videatur ab
ipso, et ipsi alii porrigit loyrum, quem alium falconem sublevare
debebit alias falconarius.

De eodem. Et isti duo falcones, qui probati sic sunt non consentire
in eundo ad loyrum, postquam erunt separati et recepti, ut dictum

est, non statim pascantur, sed aliquantulum post loyretur quisque
pro se et pascatur super loyrum, nam si statim pascerentur, fierent
exinde pelores ad non consentiendum. Amplius, si istorum falco-
num, dum volant per medium vie versus loyram, unus vellet ca-
pere alium per iactos et quandoque caperet et alius proinde timeret
et fugeret ante illum, aut econtrario ille, qui precederet, revolveret se
ad capiendum illum, qui sequitur, et ille, qui sequitur, fugeret proinde,
tunc ille, qui esset in medio vie, deberet occurrere et vocare ad loyrum,
nam per hec unus veniret ad loyrum. Et statim, cum unus veniret ad
loyrum, ille, qui proicerit loyrum, opponat personam suam inter fal-
conem, qui ad loyrum veniret, et alium falconem, ne veniat ad ipsum
idem loyrum. Sed si alius falconarius erit cum ipso, qui habet loyrum,
ipse accurrat et proiciat loyrum illius alii falconi sic, quod alius non
videat loyrum. Sed si non haberet socium ille, qui est in medio vie,
ille alius falco revocari debet ad loyrum per aliquem de illis, qui pre-
cesserunt ad loyrandum.

De eodem. Si ambo vero faltones non in medio vie sese capiant, sed
transeant totam¹ viam et perveniant ad loyram, ambo utique aut
venient simul et eque cito ad loyram aut unus prius altero. Si
ambo simul venerint, abscondatur loyrum utriusque, donec pertrans-
eant, et postea consideretur a loyrange, quis eorum falconum prius
se revolvat ad redeundum ad loyram, et huic proiciet loyrum non
longe a se et accurrat isti falconi, opponendo personam suam alii, ne
veniat et revertatur ad idem loyrum, sed alius socius eius revocet
illum alium falconem, proiendo sibi loyrum. Isti pasci statim pot-
erunt, si libebit.

DE IUVAMENTO LOYRI ABSCONSI

Absconsio loyri iuvat in hoc, quod, quando ambo volabunt circa
loyram, videri poterit, qui consentiet et qui non. Nam ex quo
non videbunt loyrum, si quis eorum est non consentiens, cum per-
diderit intentionem, quam habebat ad loyrum, per quam intentionem,
quamvis voluntatem haberet capiendi alium, pro voluntate loyri forte
non caperet ipsum, sed nunc, cum non videat loyrum, si est non con-
sentiens, capiet socium, et in capiendo cognoscetur, an sit de non

consentientibus, qui capiunt per iactos, an de non consentientibus,
qui capiunt per personam.

De eodem. Si vero de istis duobus falconibus unus prius venerit ad loyram, aut quia velocior est alio, aut quia longe ante fuit emissus ad loyrum, prior de istis duobus falconariis abscondat loyrum. Et quando ille primus falco erit propinquus sibi et permiserit pertransire ipsum, socius eius statim hunc falconem revocet ad loyrum, proiciendo ei loyrum et opponendo personam suam falconi, qui sequitur. Et statim, quod falco, qui sequitur, erit prope primum falconarium, qui loyavit, ipse proiciat illi loyrum et recipiat ipsum, ut debet. 10

De eodem. Sed quia de istis duobus falconibus¹ unus longe precessit aliud, ut dictum est, et forsan precedens non vidit sequentem, quando intentionem suam et intuitum suum fixerit in loyrum, nescietur de sic volantibus ad loyrum, si consentiant vel si non consentiant. Propter hoc iuvat abscondere loyrum non solum, quia sese non capient super loyrum, sed de sic girantibus circa loyram videri poterit, si consentiant vel non, tam de illo, qui precessit, quam de illo, qui sequebatur. Dum enim girabunt circa loyram, perpendetur cito, secundum quem modum non consentiant, si erunt de illis, qui consentire volunt. Et cognoscetur secundum hunc modum etiam, qui erunt consentientes et qui non. 15 20

De non consentientibus falconibus simul

Dicto, quod falconum quidam sunt consentientes et quidam sunt non, et quomodo discerni possint consentientes a non consentientibus, pro eo quod de consentientibus possunt iactari simul ad eandem predam duo et de non consentientibus non possunt iactari simul ad eandem predam nec duo nec plures, nisi primitus tollatur ab eis non consentire et doceantur consentire, expedit, ut dicatur de non consentientibus, qualiter doceantur consentire. Ad capiendum magnas aves requiritur namque societas, et societas non erit nisi per consensum, ut predictum est. Sed cum tribus modis sese invadant, qui in volando non consentiunt, expedit, ut dicantur isti tres modi. Primus

itaque modus est, quando in volando simul unus capit alium per iactos et statim sese desinunt. Secundus modus peior isto est, quando unus capit alium per iactos et captum deportat usque in terram, et tunc ipsum desinit. Tertius modus est, quando unus capit alium non per iactos, sed quemadmodum caperet unam aliam avem quasi predam ad comedendum. Et iste peior est aliis duobus, quoniam per hunc modum invadendi sese ledunt et vulnerant et non se dimitunt. Cumque duo primi modi non consentiendi parum differant, erit unus modus docendi consentire hos et illos. Quod autem parum differant illi duo modi, patet, nam in utroque modo capit unus alium per iactos et se desinunt, sed in secundo tantum est plus, quod unus per iactos distrahit alium usque ad terram, et accidit aliquando, quod, quando deportant se usque ad terram, colligunt inde odium et ledit quandoque unus alium.

15 CAUSE PER QUE CAPIUNT SE SIMUL

Quotiens unus capit alium per iactos, hoc erit duabus ex causis, aut per famem, quam habet, aut per gulosam aviditatem, sed in secundo modo erit per maiorem famem et per magisavidam gulositatem. Causa autem, quare capiunt se per iactos, hec est. Cuique avi rapaci naturale est velle auferre predam alii, quam eum videt portare. Unde, cum isti duo faltones sint novicii in hoc, quod viderunt falconem portare iactos, credentes de iacticiis, quod sint preda, invadit unus alium per iactos, et cum percipit non esse predam, eum desinit.

DE REMEDIO CAUSARUM DICTARUM

25 Ad hoc autem, quod assuefiant ad consentiendum, iuvat, quod ponantur illi duo faltones, qui debebunt simul volare, ad sedendum simul in una pertica, unus prope alium ea propinquitate, que licet, et quod se frequenter assuescant videre et esse propinqui ad invicem. Et ut dicti duo modi primi non consentiendi tollantur ab eis, mittendus 30 uterque est per se ad traynam de lepore, ut dicetur infra. Nam postquam uterque per se pluries erit missus ad traynam de lepore, per se, quando simul postea volabunt ad leporem, pro eo quod assueti erunt leporem, intenti erunt ad leporem et non ad iactos, precipue

cum viderint se fuisse pluries delusos per iactos. Pluries autem sic faciendo, assuefaciunt volare simul et consentire.

DE TRAYNA LEPORINA

Trayna autem ad leporem pro falconibus,¹ qui debent doceri consentire, melior est quam trayna ad avem, nam lepus non multum elongatur ab hominibus vel a canibus. Immo, si contingeret, quod falcones non consentirent in volando ad leporem, homo posset succurrere, priusquam falcones se possent ledere, et accideret, quod, si canis videret ipsos sic se tenentes, curreret illuc, quorum canum timore falcones sese dimittent. De trayna autem ad avem non sic esset, nam propter velocitatem avis falcones elongarentur plus ab homine. Quod si contingeret, quod avem illam caperent et non consentirent super avem captam, homo tantum differret ad succurrendum, quod, priusquam pervenisset illuc, falcones possent ledere se. Si vero contingeret, quod non possent capere illam avem, sed deserendo illam caperet unus alium per iactos, et posset accidere, quod per hoc, quod irascuntur falcones unus contra alium, unde caperent se personaliter cum rostris et unguibus, et homo tunc non posset cito succurrere, unde possent se ledere malo modo.

DE TERTIO MODO NON CONSENTIENDI

Ille vero modus tertius non consentiendi in volando, qui est, quando unus capit alium quasi predam ad comedendum, accidit pro eo, quod ille, qui capit alium, facit hoc ex desiderio capiendi alium. Et quia non fuit usus volare cum alio falcone, quando videt istum volare ante se, intendit capere ipsum tamquam aliam avem. Propter hoc iste falco traynandus est per se ad leporem tantum, quod bene cognoscat leporem et libenter per se capiat, et usque plures ceperit. Traynare vero ipsum non valeret ad avem tantum, quantum ad leporem, quoniam in trayna ad leporem homo citius succurreret, si opus erit, et preterea per illam avem, ad quam fuisset traynatus, non ita sineret capere falconem quemadmodum per leporem, nam maior est similitudo avis ad falconem quam quadrupedis leporis ad falconem. Postquam vero capiet leporem bene per se, impinguandus erit, quanto plus poterit,

so b salvo tantum, quod per hanc impinguationem non dimit'tat venire ad loyrum. Et postea quidem aliis falco, consentiens et bene capiens leporem, emittatur ad volandum ad leporem, et dum iste aliis volabit ad leporem, hic emittatur postea ad volandum cum ipso, et non emit-
5 tatur, nisi quando lepus erit in loco manifesto, in quo videatur ab ipso. Unde, dum lepus vadit per dumos aut per herbas magnas, non esset emittendus hic falco, qui docetur ad consentiendum, ut non amittat visionem, quam habebat ad leporem, et per hoc capiat fal-
conem.
10 De eodem. Iste vero falco, qui emissus est post alium, cum assuetus sit lepore, quo cibatus fuit sepe, libentius debebit ire ad leporem quam ad falconem, de quo nunquam fuit cibatus. Qui si ibit ad leporem, consentiendo cum alio, bene erit, nec restabit aliud agere quam plu-
ries facere ipsum volare cum alio. Et erit distingendus paulatim
15 volando cum alio, quo usque devenerit ad illam maciem, quam habere debet, quando ad gruem debet volare, in hoc enim cognoscetur, si macilentus consentiet, quemadmodum impinguatus consenserat. Con-
tingit enim, quod impinguatus consentit et macrifactus non consen-
tit, et propterea in eo, quod distingatur paulatim et volat sepe cum
20 alio macrifactus, assuefaciet consentire magis et magis. Si vero non ibit ad leporem neque comprehendet alium falconem, nichilominus pascatur de lepore capto per alium, et distingatur paulatim, ut dictum est supra, quia conductetur in hoc, quod volabit ad leporem, et iterum assuescit societatem in volando cum alio ad gruem vel ad aliam avem.

De non consentientibus super predam

25 **D**ictum est de illis, qui non consentiunt in volando, dicendum est de illis, qui non consentiunt supra predam. Ille ergo, qui capiet socium super predam, aut faciet hoc, quia timet, ne aliis auferat sibi predam, aut quia timet, ne aliis velit ipsum capere. Et quando facit so a hoc¹ timens, ne perdat predam, aperit alas et caudam super predam et cum alis cooperit predam et declinat caput super ipsam et opponit dorsum suum supervenienti falconi. Sed ille, qui capit supervenien-
tem timens, ne capiatur ab ipso, aperit alas et expandit et opponit

anteriora sua supervenienti et constringendo exacuit oculos in illum
et aperit rostrum et statim, quando venit alius, arripit illum cum rostro
et unguibus. Si vero alius falco supervenerit prede causa pascendi se
de illa preda, super quam et cui presidet, alius veniet sine ulla ferocitate,
et aut sedebit prius in terram, deinde ibit pedes usque ad predam, aut
volabit usque ad predam et insidebit super eam et non comprehendet
alium primitus. Sed ille superveniens, qui volet capere ipsum, qui
presidet prede, veniet alis et cauda apertis et incurvatis et pennis hir-
sutis, capite inclinato, rostro aperto, exacutis et constrictis oculis, et
statim, cum venerit, capiet illum.

De eodem. Istis, qui se comprehendent super predam, durum est au-
ferre hoc vitium, quoniam, quanto sepius volabunt simul et capient
predam, et ipsi sepius se capient, et quanto sepius se capient, et ipsi
magis inimicabuntur ad invicem. Immo, si de duobus, qui se com-
prehendunt super predam, unus solus sit vitiosus in hoc et non con-
sentiens, convitiabit omnes illos, cum quibus volabit in idem ipsum.
Et istum falconem, qui usus est capere alium super predam, non de-
bet quis facere volare in societate alterius. Verumtamen facere ipsum
volare cum alio ad aironem minus periculum est, si aderit canis suc-
cursor, nam airo non multum elongabitur, neque a cane neque ab ho-
mine, et si contingat, quod comprehendat alium falconem, cito se
separabunt adveniente cane, de quo timebunt, et etiam homo succur-
reret cito, nec poterint tantum se ledere. Posset etiam accidere pro
timore, quem habebat de cane, quod vel non ascendat super predam
vel tantum attentus erit in aspiciendo circa se, quod non erit attentus
ad capiendum alium falconem.¹

De eodem. Item falco, qui debet probari, an consentire velit alii, nun-
quam debet probari cum alio ad avem illius speciei, ad quam intendi-
tur doceri. Nam si ad illam avem probaretur, ad quam intenditur, quod
debeat semper volare, et contingeret, quod unus caperet alium, pro
eo quod non consentirent, credentes, quod per illam avem hoc malum
accidisset sibi, non amplius vellent volare ad huiusmodi avem tam
libenter.

De venatione facienda ad predam

Postquam precessit narratio nostra de loyrando falcones et de docendo ipsos consentire sibi invicem, sequitur nunc, ut dicamus ea, que sequuntur, ad docendum falcones venari ad predam. Et quoniam de girofalcis semper prius intendimus quam de ceteris falconibus et diversi sunt modi girofalcorum, pro diversitate quorum modorum diversa sunt docenda et facienda, quod unicuique modo conveniet.

DE MODIS GIROFALCORUM QUOMODO HABENTUR

10 Dicamus de modis girofalcorum. Omnes igitur modi girofalcorum aut habentur nidasii aut ramagii, illi scilicet, qui capiuntur silvestres et non a nido, item aut sauri aut mutati, item aut bene tractati aut male, item aut qui iam ceperunt aves per manus hominum aut qui iam non ceperunt, et hec diversiones communes sunt omnibus girofalcis.

De eisdem. Girofalcis siquidem, si de longinquis partibus venerint et per diversas regiones portantur, et sunt aliqui, qui sciunt eos bene tractare, et sunt alii, qui male tractant eos, item aves, cum quibus venari debemus, ad hoc, ut sint bone, necesse est, ut habeant potentiam et audaciam. Ad hoc autem, ut habeant potentiam, exigitur, quod sint sani et bene tractati, et ut habeant audaciam, requiratur, quod habeant voluntatem. Hanc autem voluntatem non habebunt, si male tractati sunt, quoniam ex malo tractamento pigri efficiuntur et inepti.

De eisdem. Illis itaque, qui portati sunt de longe et male tractati sunt, et longum tempus fuit, quod non volaverunt, oportet, quod fiat id, per quod possint recuperare potentiam et audaciam. Hoc est, ut detractantur quiescere taliter, quod illi,¹ qui venerunt in autumpno et fuerunt male tractati, quiescant per totam hiemem usque prope ver, et tunc poterunt exercere venationem, si pennas habuerint sanas. Et 30 dicimus eis, qui velint eos quiescere usque ad autumpnum, quod, quamvis posset veniente vere venari, melius tantum erit, si sinatur quiescere usque ad autumpnum. Si vero pennas non habuerint sanas, quando fuerunt apportati in autumpno, non solum per totam hiemem

quiescant, sed per totam estatem, donec mutati sint, scilicet de uno autumpno usque ad alium autumpnum. Et illi, qui venerunt in vere, quiescant usque ad autumpnum, quando scilicet erunt mutati.

DE MĀLA TRACTATIONE

Item mala tractatio plus nocet sauris quam mutatis, quoniam sauri debiliores et teneriores sunt mutatis. Mutati etiam minus sentiunt de malo tractamento quam sauri, quamvis ipsi mutati diutius sint male tractati quam sauri, quia mutati longius tempus habent quam sauri. Et hoc verum est de mutatis, quod minus molestantur malo tractamento quam sauri, salvo, si ipsi mutati id malum tractamentum habuerint, etiam quando erant sauri, qui si habuerint sauri et mutati malum tractamentum, isti mutati longe magis molestabuntur malo tractamento quam sauri.

De eadem. Item mala tractatio minus nocet nidasiis quam captis silvestribus, quoniam nidasii non totiens se diverberant neque inquietant, cum fuerint consueti hominibus et variis carnibus et aere non consueto secundum naturam eorum neque ceteris pluribus accidentibus neque malo tractamento, et hoc est, quia consueta minus molestare consueverunt insuetis.

DE QUIETE ILLORUM QUI MĀLE SUNT TRACTATI

Item quies male tractatorum erit hoc modo. Illi, qui venerunt autumpno, teneantur in domibus obscuris super sedes imas, quales diximus, per totam hiemem, et sit domus strata stramine, ut avis iacere possit super stramen et ut non ledantur' pedes ipsorum, quando se diverberant, neque penne. Et preserventur ab omni labore et balneentur, quando si volent, die scilicet claro, et pascantur bonis carnibus et teneantur pingues. Alii vero, qui veniunt vere, ponantur in muta et quiescant tota estate in muta, et siet eis omne id, quod debet fieri existentibus in muta, quod ad presens non dicemus, quoniam materia nostra non dat modo nobis loqui de muta, sed dicemus infra, quando dicemus de muta et de omni eo, quod convenit mutationem. Sed postquam isti extrahuntur de muta, instruentur volare et venari

ad predam sicut illi, qui custodiebantur quieti per totam hiemem,
quod nunc dicemus.

De eadem. Illi girofalcii, qui docentur in partibus illis, in quibus
capti sunt ramagii, et non portantur per longinqua, poterunt doceri
5 quemadmodum et faltones, et non indigent longa quiete, quam dixi-
mus.

DE FALCONIBUS QUIESCENTIBUS QUANTUM DIXIMUS

Isti ergo girofalcii, postquam quieverint, quantum diximus et qualiter
diximus, accipientur et portentur et macrificentur et loyrentur, ut
10 docuimus. Sed ipsi, quoniam fuerunt male tractati et longum tem-
pus preteriit, quod non volaverunt, non invenientur statim habere
motum suum naturalem in alis. Ipsum enim dimiserunt propter ac-
cidentalem, quem acquisiverunt in diverberando se. Qui alias est a
naturali illo, quem faciunt in volando, sicut est videre de illo, qui
15 stetit in vinculis diu, quando solutus evadit, nesciet ambulare, sicut
naturaliter ambulabat. Debent igitur isti tales loyrari sepius et de imo
ad altum locum, scilicet de valle ad collem, quoniam frequens loyratio
et volare ad altum privabunt alas accidentalii motu et reducunt eas ad
suum naturalem motum prius habitum. Et postquam reductus erit ad
20 suum motum naturalem ipse girofalcus, ille eques portabit ipsum gi-
rofalcum foras et studebit invenire leporem, habendo secum duos bo-
nos leporarios, per quos sit securus capere leporem, et inventum lepo-
rem ostendet giro'falco. De lepore autem dico plus quam de alio anima-
li, quoniam pauci vel nulli erunt girofalcii, qui non libenter volent ad
25 leporem, est enim eis quasi naturale volare ad leporem. Leporarii vero
sunt utiles in hoc, quoniam, si non caperetur lepus, girofalcus ex
hoc ipso alia vice fieret piger ad volandum ad leporem. Et postquam
captus erit lepus, auferat ipsum de ore leporiorum et proiciat ipsum
ante girofalcum. Sed faciat detineri leporarios, ita quod non possint
30 ire ad leporem, si enim irent illuc, girofalcus timeret et affugeret.

QUOMODO DEBET LOYRARI GIROFALCUS AD LEPOREM

Si vero contingat, quod girofalcus non velit volare ad leporem sibi
ostensem, habeat unam integrum pellem leporinam et implebit palea

minuta, et ut forma illius videatur lepus. Et super formam istam leporinam, superius inter collum et dorsum, colligabit carnes, de quibus super eandem formam pascet girofalcum bis vel ter in prato, quoniam, quando pellis leporina revolvetur in prato, carnes alligate minus sordidabuntur. Et postquam iam volabit et audacter et cupide ad leporinam pellem, super quam erunt carnes, ille non amplius ligabit carnes super eam, sed alligabit illi pelli circa collum unum funiculum, qui sit longus ad minus IIII passu, et socius suus sit pedes. Tunc accepto funiculo per extremum caput, traynam faciet per pratum de illa pelle, trahens illam pellem et discurrens per pratum, et ille sinat girofalcum illuc volare et accipere ipsam pellem. Et postquam acceperit, pascat eum, tenendo carnes in illo loco, in quo prius alligabantur, et hoc totiens faciat, donec avide capiet leporinam pellem. Postea idem socius suus eques, accepto funiculo longiori, quam fuerit precedens, discurrat per campum, faciendo traynam de pelle illa. Et quando videbit girofalcum venientem ad capiendum pellem, ipse retrahat ipsam pellem ad se cum impetu, ut girofalcus deficiat capere et non capiat ipsam. Et sic faciat plures, nam in hoc docet ipsum percutere et durabilius volare et post percussionem in altum surgere. Et una vice faciat hoc sepius quam alia, caveat tamen, quod hoc non faciat tam sepe, quod tedeat girofalcum, quoniam ex tali tedio posset divertere girofalcus [et] ad alium locum ire. Hoc facto, equitet cum ipso foras campum sine illa pelle, sed tamen secum habeat bonos canes, de quibus bene confidat, et, viso lepore, emitat ipsum ad leporem. Et postquam ceperit sic lepores plures et libenter volabit ad ipsos, poterit removere unum de canibus, et cum alio solo cane faciat, quod girofalcus capiat plures lepores, et semper, sumpto lepore, pascat ipsum de ipso. Deinde removeat illum bonum canem et faciat, quod capiat similiter plures lepores cum uno cane minus bene currente, per hoc addiscet enim et assuescat longiores volatus. Deinde faciat ipsum volare inter frutices et dumos, ut melius addiscat surgere in altum, quod erit ei necesse, quando volabit ad grues.

QUARE FIT GIROFALCO TRAYNA DE LEPORE
CUM DEBEAT VOLARE AD GRUES

Sed si aliquis querit, cum girofalcus beat volare ad grues, quare fit sibi trayna de lepore, qui non est avis, et non fit de ansere neque
5 de modis anserum aut de bastardis aut de aliis avibus, quoniam maior est convenientia avium ad aves quam quadrupedum ad aves, ad hoc dicendum, quod nullum volare pulcrius aut convenientius est ei, quod faciat ad grues, quam illud, quod addiscit cum lepore. Propterea, si facta esset trayna de dictis avibus, contingit sepe, quod,
10 si illas aves invenit in campis, quando volat ad grues, tunc igitur sineret grues pro illis. Sed de lepore non accidit ita, quoniam raro invenitur per se currens, sed, ut plurimum, iacet et latet.

QUI FACIUNT TRAYNAM LEPORINAM SUIS SACRIS
ÇACARIS ET LAYNERIIS

15 Item homines de insula de Armenia [et] de regionibus vicinis faciunt traynam¹ leporinam suis sacris çacaris et suis layneriis hoc modo. Postquam sui çacari et laynerii sciunt iam volare ad pellem leporinam, sicut diximus, investiunt totum unum porcellum vivum pelle leporina et sinunt discurrere ipsum per campum et emittunt falconem
20 ad ipsum. Et postquam ceperit porcellum sic investitum, pascunt eum super porcellum de carne porcelli aut de carne alia, si reservare volunt porcellum vivum pro alia vice traynandi, et hoc faciunt pluribus vicibus, usque dum bene capiant illum porcellum. Deinde vadunt ad lepores vivos, et hunc modum ad lepores habeant pro çacaris et layneriis, quoniam non sunt tantum audaces, quantum girofalcii. Sed si inter girofalcos esset aliquis, qui non vellet volare ad modum predictum de leporina pelle, quod raro accidit, faciendum esset ei de porcello secundum modum, quem diximus.

DE VOLATU

30 Item, si vult facere volare suum girofalcum post traynam dictam ad aliquam avem prius quam ad gruem, quatenus volatus fiat velocior et audacior, faciat ipsum volare ad illas aves, de quibus paue inventiuntur in campis, quoniam, si inciperet ipsum facere volare ad

aves, quarum multe sunt in campis, precipue ad anseres et modos
earum aut ad genera bastardarum aut ad alias aves, que libenter se-
dent inter grues aut prope, quando postea vellet facere ipsum ad-
volare ad grues, dimitteret gruem pro illis, postquam invenisset eas,
et sic sineret unam pro alia.

5

DE VOLATU

Item ad livercinos et perdices poterunt girofalcem emitti ad volandum prius quam ad gruem, quoniam livercini et perdices non impediunt volatum girofalcem ad gruem, sicut faciunt cetere aves. Et causa est de livercinis, quoniam non inveniuntur in tot temporibus anni, in quot cetere aves. Non enim inveniuntur nisi a medietate veris usque ad medietatem autumpni, et hoc est a fine quarti climatis usque versus¹ sep-
timum, et quanto plus est versus septimum, tanto citius recedunt et tardius inveniuntur. Sed a medio quarti climatis versus primum in-
veniuntur per totam hiemem, et homines de partibus illis faciunt vo-
lare suos falcons prius ad livercinos, quos falcons volunt instruere
ad amandum predam. Et si dicatur, quod, quando girofalcus emit-
titur ad gruem, dimitteret gruem pro livercino, cum livercinus inveniatur in campania, et propter hoc non debet incipere girofalcus a livercino, ad quod dicitur, quod, quando girofalcus emittitur ad gruem, liver-
cini iam recesserint et non invenientur, nisi in illis regionibus, in quibus diximus.

De eodem. Item perdices sunt de illis avibus, que latitant super ter-
ram, et parve aves sunt et per se non volant de loco ad locum, nisi homo faciat eas levare aut canis, et sic propter eas girofalcus non sineret volatum suum ad gruem, cum de facili videri non possint a girofalco.

se b

15

15

20

25

DE PROBATIONE GIROFALCI QUI HABET FORTES RENES

Item, si ille vult probare, an suus girofalcus fortes renes habeat et po-
tentiam ascendendi, ille emittit ipsum ad avem illam, que similat bu-
boni et noctue, sed est maior noctua et minor bubone, et dicitur gallice
huham, aut ad aliquam de omnibus illis, que habent defensionem
suam volandi in altum, sicut moha et avis, que dicitur albanus. Et in-
venitur huhanus sepius in campania, in locis incultis et inter dumos,

et sua defensio est volare ad altum, quia latus est in volando in rectum et longum. Girofalcus itaque emissus ad hanc avem si bonos renes habeat et potentiam vincendi, volabit ad ipsam et altius volabit et vincet eam superando, alioquin non. Et si non poterunt inveniri huhani,
5 alioquin loyrandus erit ad altum ab imo. Sed nunc redeundum ad id, quod premissum fuit, de modis variis girofalcorum.

82^a

DE TRAYNA¹

Illis siquidem, qui sunt nidasii, sive sint male tractati sive non, sive sauri sive mutati, totus modus, quem diximus, tam de trayna leporina quam de aliis, haberi potest, pro eo quod nidasii non sunt usi capere aves nec sunt usi volare, ideo hoc modo assuendi ad volatum et ad usum capiendi.

DE TRAYNA

Item ramaglis male portatis, sive sint sauri sive mutati, fiat idem modus. Et illis ramagiis, qui sunt mutati et diu fuerunt, quod non volaverunt, per doctrinam hominum poterit fieri idem modus.

De eadem. Illis vero, qui sunt bene tractati et nondum ceperunt aves, pro eo quod audaciam et potentiam suam citius recuperant, sufficient pauciora dictis. Et similiter illis, qui noviter capti sunt, sufficiunt pauca, si bene tractantur, pro eo quod non male tractati sunt et non est diu, quod ceperunt aves, recordantur enim facile. Et si quis voluerit ipsos traynare ad avem illius speciei, ad quam doceri debet, potest hoc facere, et si vult ipsos primo facere volare ad aliquam aliam avem, ut videat eorum potentiam, potest hoc facere.

25 De eadem. Item illos, qui capti sunt per manus hominum, sive sint sauri sive mutati, discernat ille, qui instruit eos, per signa, que faciunt super manum, et probet per signa, que faciunt in loyrando, et secundum quod inveniet illos bene tractatos aut male tractatos, faciet eis, secundum quod diximus supra.

30

DE TRAYNA AD GRUES

Postquam facta erunt, que diximus, si debebunt traynari ad gruem, sic oportet facere. Primo debent diminui de sua pinguedine et debent

reduci ad macredinem, priusquam mittantur ad traynam, que fiet eis de gruibus. Sed hec sacrificatio erit duobus modis, nam illi, qui erunt magis avidi et magis animosi, minus debebunt sacrificari, illi vero, qui minus avidi et minus animosi, magis debebunt sacrificari. Sed istud sacrificari magis et minus fiat,¹ secundum quod videbitur conveniens voluntati avis, sic quod sustinere possit. Verumtamen pro volando ad traynam debet esse magis macer, quam oportebat ipsum esse, quando volabat ad alias aves vel ad lepores.

De eadem. Falconarius quando vult traynare, non incipiat traynare ita tempestive, quod pro factis traynis non inveniantur adhuc grues, nec incipiat ita tarde, quod pro factis traynis grues iam recesserint, nisi hoc faceret ad hoc, quod oporteret girofalcum ponere in muta, ut in exitu de muta minus fatiget circa traynas faciendas. A principio traynationis usque ad finem sine interpellatione faciat traynas, videlicet si inceperit traynare, perseveret secundum ordinem, quem dicemus. Non modo traynet, et postea tribus vel quatuor diebus non traynet, et deinde reincipiat traynare. Habeat igitur omnia sic parata ad trayandum, ut a principio usque ad finem servet ordinem, quem dicemus.

QUID EST TRAYNARE

Traynare est documentum quoddam, quo aves rapaces addiscunt capere aves aut bestias similes trayne, etiam tales, quales naturaliter capere non auderent. Que trayna fit hoc modo. Si debet fieri ad grues, accipiatur una grus viva et preparabitur convenienter. Pro eo quod grues habent defensionem cum rostro et pedibus, precipue in illis unguibus incisoriis, quo prediximus, oportet, quod illi unguies sic hebetentur et rostrum sic ligetur, quod grus, de qua fiet trayna, non posset nocere girofalco. Et fiet hoc modo. Illi unguies cum tisone ligneo accenso crementur, ut acuitas cuspidis ipsorum unguium ardeat, obtundatur et crassescat, ut, quamvis inferat, non noceat. Et modus obtundendi melior est, quam si cultello hebetarentur, nam per cultellum posset exire sanguis multus, et grus posset inde debilitari et posset sordidare girofalcum sanguine suo, quando ipsum percuteret.

DE MODO HEBETANDI ROSTRUM

Item rostrum debet hebetari hoc modo. Ponetur funiculus unus intus
83 a per ambas'nares, et circumligabitur pars inferior rostri cum parte
superiori, ut non possit mordere. Hoc facto, debet grus ciliari sic,
5 quod nichil videat, et ne possit videns falconem percutere. Item grues
debiliores apte sunt trayne circa principium, dummodo possint esse
erecte in pedibus.

DE TRAYNA

Sed que grus erit fortis, portetur tamdiu, quod ex portatione debilita-
tur, quod fiet hoc modo. Duo baculi utriusque consuantur in panno
circumvolvendo gruem, cuius pedes et tibiae sint replicati in panno ita,
quod unus baculus in una extremitate panni sit et alius baculus in
alia, ut ambo baculi per longitudinem super dorsum gruis procedant
a parte caude usque ad spatulas prope collum. Et tunc duo extrema
15 illorum baculorum prope collum ligentur simul cum uno fune, et
alia duo prope caudam ligentur simul cum alia extremitate funis, ut
habiliter suspendatur ad collum portantis. Et dum portabitur, caput
et collum gruis sint post dorsum portantis, nam si esset caput in
anteriori, posset percutere hominem in oculis, precipue, si non esset
20 ciliata. Ex conamine namque, quod faceret volens evadere, et ex depor-
tatione tali et ex replicatione tali tibiarum in saculo illo, ex qua genua
eius dolent et dormitant, debilitabitur in tantum, quod erit apta trayne,
que trayna debet fieri de ipsa.

De laqueis habendis, qui debent poni pedibus gruis

25 **P**ostquam omnia, que diximus, de grue erunt facta et grus erit
debilis sufficienter, debent haberi duo laquei in modum iactorum,
qui ponentur in pedibus gruis, sicut iacticii in pedibus avium de rapi-
na. Et illi duo laquei se coniungant in unum inferius, sed illud, quod
erit circa pedem, erit de corio, reliquum vero sit funis, et sint ad longi-
30 tudinem duorum pedum. Et extremitati illorum laqueorum alligabitur
funiculus, crossus quantum canna de penna anseris, longus decem
83 b passuum ad minus. Item habeatur clavis unus ferreus ad longitudinem

unius pedis, inferius acutus, superius crossus in tantum, quod in
parte sua inferiori fiat foramen, quod possit intromitti pollex unius
hominis. Habitibus hiis omnibus, que diximus, tamquam necessarilis ad
hoc, feratur grus foras in pratum vel in locum planum, herbosum de
herba minuta et parva, et sit grus aptata de unguibus, oculis et rostro et
de ceteris, ut diximus. Et tunc immitte laqueos dictos in pedibus gruis,
et alliga funi, et fige clavem in terram usque ad foramen, et intromitte
funem per foramen clavi, et fac funem totum pertransire, et nodum
funis, qui est cum laqueis, fac pertransire, et illum funem extendas se-
cundum longitudinem suam per transversum venti. Deinde ligabuntur
carnes super dorsum gruis inter alas hoc modo. Funiculus ponatur
desuper ante alas, et extremum funiculi submittatur uni ale et aliis
aliud. Et illa duo extrema funiculi exeat de sub alis super dorsum
et cum illis duabus extremitatibus funiculi ligentur carnes super dor-
sum. Et erigetur grus super pedes suos sic, quod rostrum gruis sit
contra ventum. Et unus homo sit in extremitate funiculi extensi per
transversum venti et alias, qui tenet girofalcum, sit pedes et sit post
tergum gruis sic propinquus, quod girofalcus possit videre carnes,
et tertius homo sit a latere hominis portantis falconem, non ex illo
latere, unde portatur falco, sed ex alio. Hoc facto, non removeatur ca-
pellum girofalcii, si capellum tenet, donec omnia sunt preparata, et
tunc, sublato capello, ostendat sibi gruem. Si vero capellum non habet,
non permittat girofalcum videre gruem, donec omnia sint preparata,
que diximus, sed contegatur de persona sua posita inter girofalcum
et gruem. Si itaque girofalcus velit ire illuc, sive desiderio, quod habet
de grue, sive desiderio, quod habet¹ de carne, permittat ipsum ire illuc.
5 10 15 20 25 30 35 40 45 50 55 60 65 70 75 80 85 90 95 98 99 100

DE TRAYNA

Item, dum facit traynam, non permittat, quod aliquis pedes vel eques
sit ante gruem, ne girofalcus dimittat gruem et vadat ad illum, sperans,
quod debeat loyrate ipsum. Si autem non velit ire ad gruem aut quia
non vult gruem aut quia non videt [carnes], ille qui stat a latere suo,
vadat ad gruem et accipiat ipsam per extremitatem ale et commoveat
alam, ut per motum ale animetur girofalcus ad volandum illuc et hoc,
si aut non videt carnes.

De eadem. Item, si in principio per hec omnia non animetur girofalcus ad volandum illuc, et hoc sit, aut quia non videt carnes aut quia propter distantiam non vult ire, ille, qui portat falconem, approximet tantum, quod girofalcus videat carnes, ita quod per visas carnes et per propinquitatem gruis velit ire illuc. Viso itaque, quod velit ire, aperiat manum suam et sinat ipsum illuc ire, nec impellat ipsum quoquomodo. Et quando ille, qui tenebat gruem per alam, videbit, quod girofalcus venit ad gruem, elonget se lateraliter a grue, quia, si staret iuxta gruem, girofalcus posset divertere per timorem ipsius. Et statim, quod girofalcus aut gruem aut carnes, que sunt super dorsum gruis, [videt], ille, qui stat iuxta funem extensem, trahat funem per foramen clavis, ita quod pedes gruis approximet clavi, et faciat in suo tractu cadere gruem et non permittat lentescere funem, qui si lentesceret, grus extraheret pedes suos utcumque liberos et percuteret falconem cum suis pedibus et sibi noceret. Et ille, qui moverat gruem per alas et se elongaverat, quia propinquior est grui ceteris sociis suis, accedat ad gruem et teneat gruem in terra quiete, quoniam, et si grus pedibus suis non posset percutere girofalcum, ipsa tantum per motum suum, quem motum girofalcus non consueverat, posset incutere timorem girofalco, unde ipse girofalcus dimitteret. Et si forte continget, quod girofalcus non capiet carnes sed gruem, si ille habebit alias grues ad traynam sufficienes, permittat ipsum girofalcum iugulando occidere istam gruem. Postquam occiderit et deplumaverit ipsam super pectus, extrahatur cor gruis. Si cor fuerit durum et pingue in circuitu superiori, quia corium est durum, findat ipsum cum cultello et sinat passere ipsum de carnibus pectoris gruis. Et si non erit cor huiusmodi, non pascatur de ipsa grue, sed pascat ipsum de carnibus, quas ipsum libentius comedere novit. Sed dando sibi has carnes submittat manum suam, que tenet eas, pennis ale gruis et faciat transire carnes per pennas ale supra, ne appareat manus sua, ut girofalcus credat illas carnes esse de corde gruis, et pascendo sinat ipsum comedere tam parum, quod sequenti mane facere possit similem traynam. Quantitas vero cibi sit quantum coxa una galline, de quibuscumque carnibus sit.

DE TRAYNA

Sequenti mane faciunt similem traynam de eadem grue vel de alia, si prima occiderit die preterita. Et si videt, quod non vadit melius ad gruem illa sequenti die, tenebit eundem modum traynandi, quem tenuit prima die, preter quod non permittat ipsum occidere gruem, et hoc sic faciat, donec melius et animosius vadit.

De eadem. Si vero videbit, quod animosius et melius vadit et velit ire ad ipsam sine eo, quod moveatur sibi ala in ipsa secunda die vel quamcumque esset, ille, qui tenet falconem, die alia elongabit se aliquantulum plus a grue, et ille, qui movebit gruem per alam, abscondat se et similiter ille, qui trahit funem post dumos aut in vallibus, ita quod girofalcus non possit videre homines, ne sperans pasci ab eis vadat ad ipsos.

De eadem. Item, quando videbit, quod de die in diem melius et melius et securius vadit ad gruem, de qua sit trayna, addat aliquid sibi in suo pastu, ut paulatim augeatur in suis carnibus, et non tenet ipsum debiliorem, ne propter maciem deficiat facere, quod intendit, et sic faciat, quod in qualibet mutatione, quam sibi facit traynando, aliquantulum crassior fiat, tamen non tantum, quod per pinguedinem deserat voluntatem capiendi gruem.

De eadem. Item, postquam girofalcus cognoscit gruem sine motu ale et libenter vadit ad eam, alia vice diminuat de carnibus, que ligantur super dorsum gruis, et elonget se tantum, quod girofalcus stans in manu sua non possit discernere carnes, sed in approximando videre possit, ut animosius accipiat. Et postquam ceperit, ille, qui stat iuxta funem, repente trahat funem et faciat cadere gruem, et aliis succurrat, sicut diximus.

De eadem. Item, quando videbit, quod statim, quod ostenditur sibi grus, ad eam vadit sine dilatione, potest traynare ad gruem sine appositione carnium omnino, [et] quanto melius ibit, tanto magis se elonget.

De eadem. Item, si istum falconem vult in tanto traynare in illo loco, in quo primo traynaverat, aut alium falconem vult traynare in eodem loco, caveat, ne sint ibi plume gruis aut alicuius avis alterius deplu-

mate aut ossa aut carnes huius, quoniam posset accidere, quod fal-
84 b co videns illa di' mitteret gruem de trayna et iret ad illa.

De eadem. Item, si contingat, quod girofalcus vadat ad gruem et nolit
capere ipsam - et hoc accidit illis, qui non vadunt ad gruem causa
gruis, sed causa carnium - et insidet in terram iuxta gruem, quia for-
san carnes non videt, quod totum evenit, quia festinant removere
carnes, priusquam falco animose vadat ad gruem, et ipse stans prope
gruem circumvadit, ut videat carnes, expectet, si ipse per se capere
voluerit. Et si omnino noluerit accedere illuc, moveat gruem per alam,
10 ut solet, sinendo girofalcum in illo loco, donec ascendat super gruem
per se, et si non ascendet, elevet ipsum, si poterit, sine carnibus. Et
si sine carnibus ipsum elevare non poterit, ostendat ei tiratorium et
elevet ipsum et non permittat ipsum comedere usque circa sero, prius
faciendo ei traynam de grue iterum. Et si noluerit gruem, pascat ipsum
15 De carnibus non bonis et madefactis et paulo minus medietate eius,
quod dare debebat.

De eadem. Item probet iterum mane facere sibi traynam ad gruem, et
si capere noluerit, accipiat falconem et retrahat se a remotis, et faciat
gruem cum funiculo cadere in terram, et moveatur eius ala, postquam
20 ceciderit in terram - ex hoc enim, quod cadit et movetur ala, animabitur
girofalcus et ascendet super gruem -, et sinat ipsam gruem deplumare,
priusquam det sibi carnes. Et si non haberet copiam gruum et nolit
eam deplumare, ponat loyrum super dorsum gruis et permittat ipsum
deplumare loyrum, et postea dabit carnes sub ala, scilicet ut exeant
25 inter alam et dorsum sic, quod non videatur manus dantis, ut dixi-
84 a mus. Et hec diximus,¹ quoniam non est laudandum traynare girofalcum
cum carnibus iterato, postquam iam remote erunt carnes de
trayna.

DE TRAYNA

30 Item, postquam traynaverit ipsum pedes ad gruem et sine carnibus et
bene iverit ad eam, ille ascendat in equo et faciat traynam eques. Et
permittat ipsum abire, sicut faciebat pedes, et vadat elongando se pau-
latim a grue de die in diem, quando traynatur in traynando eques,
quod, quando traynaverit ipsum ita, quod distantia sui ad gruem

sit, quantum est tractus unius arcus, tunc sufficit. Et postquam ceperit gruem, currat velociter eques ad succurrendum, ne diu pugnet cum grue.

De eadem. Item, quando traynabit ipsum cum carnibus super gruem, faciat hoc omni die semel, sed quando sine carnibus, faciet de tertio in tertium diem. Et die, in quo facit traynam, det sibi bonum pastum super traynam, in die vero, quo non facit traynam, det sibi minorem pastum et madefactum in aqua frigida, ut per bonum pastum in die trayne addatur sibi ad fortitudinem sui et ad maiorem voluntatem capiendi gruem, et per minorem pastum in die, in quo non traynatur, propter famem addatur sibi ad appetitum capiendi gruem sequenti die, et uno die distringatur et quiescat et alio die mittatur ad traynam. Propter hoc enim et augebitur in suis carnibus ex priori magno pastu, et ex sequenti pastu minori augebitur sibi ad appetitum.

De eadem. Item, si, postquam prima vice remote sunt carnes, accipiat audacter gruem, et ille, habens multas grues, sinat ipsum occidere illam et faciat, ut supra. Et si non habet multas grues, habeat columbum silvestrem et similem cine'ricii coloris scilicet gruis, et ponat sub ala, inter alam scilicet et dorsum, ut faciebat de carnibus, et abscondat caput et pedes columbi, ne girofalcus cognoscat ipsum esse columbum, et permittat, quod deplumet pectus columbi et pascatur inde per se ipsum.

Quomodo falco debet cognoscere vocem gruis, et quomodo fit

Quoniam autem utile est falconi cognoscere vocem gruis, ut assuefiat ad comedendum illam, fiat sic. Excannetur una grus, quanto artius poterit excannari prope fauces, et extrahatur cor, neque aperiatur in aliqua alia parte sui. Et quoniam canna post incisionem retrahitur, convenit, ut scindatur corium in longum a loco, ubi excannatur inferius, et accipiatur extremitas canne pulmonis, et insufflet in eam, quantum plus poterit, ut canna et pulmo impleantur vento, et cavendo, ne ventus exeat, inter duos digitos comprimat extremitatem canne pul-

monis prope os suum, et tunc removeat de ore. Et cum voluerit, quod vociferet, comprimat latera gruis ad invicem, dimittendo extremitatem canne pulmonis, quem tenebat cum digitis. Vociferabit enim hoc modo quemadmodum grus viva. Et quotiens voluerit, quod vociferet, faciet hoc modo. Et hanc poterit facere vociferare, quacumque vice traynabit, quamdiu erit, quod non fetebit. Et [si] vult servare illam, ad quam traynat, vivam et sine lesione, mortuam submittat vive, non percipiente falcone. Et si vult pascere de illa, ad quam traynabit, dum girofalcus pascet super eam, ponat aliam, quam vult facere vociferare, 85 a prope girofalcum et faciat ipsam¹ vociferare, ut diximus. Et dum vociferabit, moveatur ala gruis, de qua se pascat, ut credat girofalcus ipsam vivam et vociferantem.

DE TRAYNA

Item, quando secunda die sic distringit girofalcum, ut in tertia sit aptus trayne, ille pascat ipsum de carnibus in pauca quantitate et madefactis in aqua – quales sunt carnes pullorum galline parvorum, qui parum nutriunt et sunt insipidi – et sic in tertia die, recolens meliorum ciborum, quos supra gruem paverat, avidus vadat ad ipsam gruem, spe sperans, quod debeat habere de illis bonis carnibus.

20

DE EADEM GRUE

Viso autem, quod, quando traynatur ad gruem sine carnibus et sibi ostenditur grus, quamvis eam non possit bene videre, cum se non moveat, et statim, quod videbit eam, volet recedere de manu ad eundum ad gruem, poterit fieri trayna de ipsa grue ambulante, remotis prius iactis eius, sed non debet deciliari, neque rostrum dissolvi. Et si, ostensa grue girofaleo, ipse nunc aspiciat ad gruem, nunc ad aliam partem et excutiat se, deinde egerat et quasi invitatus faciat, signum erit, quod adhuc non debeat traynari ad gruem non volantem.

QUID DEBEAT FIERI AD GRUEM AMBULANTEM

30 Hoc modo autem ad gruem ambularem fieri debeat. Removeat laqueos de pedibus eius et permittat ipsam gruem ambulare contra ventum, et ille sit propinquus ad medium tractus arcus, nam pro eo, quod

ille mutat sibi modum, illum oportet esse propinquorem. Et caveat, ne grus sit fortis, sed sit debilior, quam possit habere, dummodo ambulare possit. Et caveat, ne sit ciliata inequa'liter, quoniam, si de ^{85b} uno oculo videret aliquid et de alio non, in ambulando declinaret ad partem, ad quam videret, et sic non ambularet contra ventum, sed ⁵ verteret faciem suam contra girofalcum, et sic girofalcus fieret timidor in eundo ad ipsam gruem. Omnis enim avis de rapina raro invadit avem oppositum sibi facie ad faciem.

DE TRAYNA

Et quia mutavit sibi modum in traynando, convenit, ut permittat ipsum ¹⁰ occidere gruem illam, si habet sufficientes grues ad sequentes traynas fiendas, et postquam occiderit, faciat, ut predictum est. Et si non habet grues sufficientes, pascat ipsum de columbo, ut diximus, et reservet gruem.

De eadem. Tertia autem die inveniat aliam gruem fortiorem, si habere ¹⁵ poterit, et faciat traynam de ipsa, si viderit, quod ceperit precedentem audacter. Sin autem, dabit hanc eandem gruem fortiorum factam propter bonum pastum et quietem, [et] faciet traynam, et dabit eam a longiori, quam prius dedisset.

DE SIGNIS PER QUE COGNOSCETUR QUOD AUDACTER CEPERIT GRUEM

²⁰

Signa autem, per que cognoscetur, quod audacter ceperit gruem de trayna, sunt hec. Visa grue, sine mora recedet de manu et vadit animose ad gruem et non dimittet gruem pro aliqua pugna vel defensione, quam cum ipso faciat grus. Et si grus vi sua expelleret eum a se, ipse illico ²⁵ reddit ad capiendum ipsam. Et faciat hunc modum traynandi per aliquot dies, quo usque videat signa predicta, postea poterit mutari ad sequentem modum traynandi.

DE TRAYNA

Item, post hec si poterit istam gruem ciliatam facere currere alis ex= ³⁰ pansiis, melius est. Elevet ciliaturam¹ et utrumque caput funiculi, ^{85'a} cum quo ligatum est rostrum per nares, ligabit ad collum post cervi=

cem ita, quod rostrum sit replicitum aliquantulum, quod non possit percutere cum rostro ad collum. Semper enim rostrum debet esse ligatum et detentum, ne possit grus aperire rostrum et extendere collum pro percutiendo falconem cum rostro.

5

DE TRAYNA

Item, si girofalcus est de illis, qui consentiunt volare cum aliis girofalcis aut falconibus, poterit, ex quo capit eam currentem et allitantem, ad gruem proici cum aliquo falcone, de quo confidatur, quod bene capiat eam. Et sufficiet sibi illud tantum de trayna, quod factum est sibi,

10 sed tamen, si dabitur volando, melius erit. Si vero non consentiat, habeat gruem, que possit volare, aptatam tantum de pedibus et rostro, ut dictum est, ne possit ledere falconem. Et propter hoc datur sibi grus volando, quod, ex quo non consentit socio, solus faciat, quod facere debet.

15 De eadem. Portetur itaque grus in locum planum, qui locus non habeat fossas, vallones aut aquam aut paludes aut aliqua impedientia falconarium ad succurrendum falconi, cum expedierit, aut ne girofalcus sit timidus capere ipsam propter aquam et paludes, ex quibus ut sepe habet defensionem suam grus.

20 De eadem. Item vadant secum foras multi, [qui] portent gruem. Que grus ipsa prima vice debet esse ciliata, si volare volet ciliata, et si nolet volare ciliata, removeatur ciliatura, ut aperiantur oculi eius, sed non

25 85^b removeatur ligatura rostri, que vadit post collum. Et ponatur¹ grus in terra, ita quod ponatur rostrum contra ventum, et ille, qui tenet girofalcum, sit sub vento, scilicet a tergo gruis. Et postquam ille, qui portavit gruem, deposuerit eam liberam ad volandum, statim abscondat se post equum illius equitis, qui est iuxta gruem, quoniam, si girofalcus videret ipsum peditem, posset dimittere gruem et ire ad illum, sperans pasci ab ipso, quia libentius vadunt ad peditem quam ad equitem.

30 Oportet etiam, quod contra ventum ante gruem sit unus eques et alius a dextris gruis et alius a sinistris, ut, in quacumque parte grus volaverit vel declinaverit, unus istorum, qui equites sunt, sit paratus succurrere in parte illa. Sed illi equites se abscondant, quanto plus pot-

erunt, ne videantur a girofalco, nam pro ipsis visis possit girofalus dimittere gruem.

DE ORDINATIONE HOMINUM IN TRAYNA

Ordinatio autem istorum hominum ad succurrendum pro eo digne sit, quod hec grus, de qua fiet trayna, fortior erit quam precedentes et girofalcus longius insequitur eam, de quo male possit sibi accidere.

De eadem. Ille etiam, qui tenet girofalcum, ostendat girofalco gruem, quando videbit eam levare, et emittat girofalcum ad gruem, et si non poterit se levare grus, permittatur, ut se excutiat, quiescat et ambulet. Et postquam quieverit, ille, qui eques erat iuxta gruem, vadat eques versus gruem, que statim, quod videbit venire illum, volabit, si volare poterit, et girofalcus emittatur ad eam. Sed ille, qui est iuxta eam, permittat, quod girofalcus in adventu suo pertranseat' ipsum eundo post gruem, priusquam se moveat de loco suo, quia, si ipse prius curreret, quam girofalcus transisset eum, girofalcus dimitteret gruem pro ipso, quia spectaret pasci ab ipso. Deinde currat velociter post girofalcum ad succurrendum, et ipse velocius erit illuc quam ille, qui tenebat falconem. Et qui succurrit, tenebit gruem per pedes, ne grus ledat falconem, et permittat, quod girofalcus occidat gruem et accipiat inde magnum pastum. Pro trayna iteranda, die tertia scilicet, intermedio die 86 a distingatur, ut diximus.

DE TRAYNA

Et hoc sic fiat de tertio in tertium diem, de forti grue in fortiorum, donec videatur, quod audacter gruem accipiat. Sed postquam dederit ei fortiorum, non det ei debilem postea, quoniam inde colligeret vitium.

De eadem. Et quod diximus de trayna a principio usque ad finem, non fiat in uno loco plus quam duabus vicibus, sed semper mutetur locus, quoniam non erunt semper grues in simili loco, sed inveniuntur in dissimilibus locis. Et propterea ad dissimilia loca transmutandi sunt in traynando ipos, quia, si semper in eodem loco fieret, girofalco, quando in dissimili loco volaret ad gruem, accideret, quod non volaret propter dissimilitudinem loci.

DE TRAYNA

Diximus, quod ad quamlibet mutationem, que fiet in traynando circa falconem, sic pascatur falco, quod paulatim fiat semper pinguior in tantum, quod, quando traynatur, erit fortior. Si per aliquot dies accideret, quod non posset volare ad grues, aut propter incommoditatem temporis aut propter importunitatem loci, aut quia grues non inveniuntur alia de causa, sit tantum pinguis et in eo statu, quod, si necesse erit facere ipsum famelicum, possit fieri et ipse possit sustinere.

DE TRAYNA

Item iste modus traynandi, quem diximus, sufficiens est etiam illigirofaldo, qui minus est animosus, nam animoso sufficient minora de hiis, que dicta sunt.

QUOD NON PERMITTATUR VOLARE DUOS FALCONES SIMUL AD UNAM TRAYNAM

Item non faciat unquam volare duos falcones simul ad unam traynam, quoniam posset contingere, quod se invicem caperent super traynam et unus lederet alium, et fieret inde timidior volare ad gruem, quoniam crederet gruem sibi fecisse istud malum.

QUOD NON IACTETUR FALCO AD ALIQUAM AVEM DONEC TRAYNATUR

Item interim, dum docetur falco ad traynam, non debet loyrari neque iactari ad aliquam avem, quoniam per hec, si fierent, interrumperetur usus traynandi et traynatio esset modice utilitatis.

Quod falco non debeat stare per plures dies, quin iactetur ad grues, postquam loyratus est

Postquam autem pertraynatus erit, girofalcus non debet stare per plures dies, quin statim iactetur ad grues, nisi tempus sit ei contrarium. In quo tempore contrario, credendo, quod debeat diu durare, non tamen addat ei in cibo, quod impinguetur in tantum, quod, quando advenerit bonum tempus, prenimia pinguedine non velle vo-

lare ad gruem. Credendo, quod parum debeat durare illud contrarium tempus, [non] tantum subtrahat sibi de cibo, quod, quando advenerit bonum tempus, prenimia macie non habeat vim volandi ad gruem. Sic itaque teneat girofalcum inter maciem et pinguedinem, quod, quandocumque venerit bonum tempus, paratus sit et potens volare ad gruem.¹

5
86^a

Dictum est de trayna, sequitur dicere de eius utilitate

Sequitur de trayna, ad quid sit utilis. Plures ex illis, qui nesciunt utilitatem trayne, dixerunt et dicent adhuc: cum girofalcus aut falco aut alia avis de rapina, quecumque sit, capere possit gruem, [si] sit animosus ad capiendum gruem aut aliam avem sine trayna, ad quid opus est facere traynam? Et dicendum est, quod aves, que attentant capere grues aut magnas aves aut alias, quas capere non consueverant, si volant ad ipsas, hoc accidit eis ex animositate, per quam credunt vincere illas, sicut vincerent alias minores, ad quas volaverunt. Similiter facit nidasius. Quia nescit, quid inde accidere debeat sibi, attentat volare ad illas. Si itaque emittantur sine trayna ad illas grues et ceperint eas et contingueret, quod de sua intentione decipiuntur et aliquid mali infertur eis ab illa ave, ita quod non possint eam retinere, tunc, si alia vice emittentur ad eam, nolent volare ad eam, quia ex ea male sibi accidit, et quoniam non gustaverint neque de ea neque de simili. Et sic, quanto sepius emittentur ad eas, tanto ipsi minus libenter, nec libentius ibunt ad eam, et sic oportebit de necessitate, quod emittantur ad traynam. Et quando mittentur ad traynam et invenerint eam debilem, tunc, postquam removebuntur de trayna, nolent ire ad silvestres, cum probaverint ex precedentibus ipsas esse fortiores. Ex hoc accidit, quod colligerent vitium, quoniam discernunt traynam a silvestri, et non ibunt ad silvestrem. Et propter hoc trayna est utilis multum animosis et non¹ animosis, antequam homo faciat eos volare vel ad gruem vel ad magnas aves. Et de illis animosis raro inveniuntur aliqui, qui velint volare ad illas aves sine trayna. Sed de non animosis facit homo traynam, quod capiunt illas aves, quod non posset fieri de animosis sine trayna, quin immo sibi malum tantum

10

15

20

25

so^ab

30

accideret. Et quamvis aliqui girofalcī vel alii adeo sint pavidi, quod ipsi traynam capere nolunt sine carne, tamen traynando ipsos cum carnibus et sine carne et de debiliōri trayna ad fortiorē tam animosi fiunt, quod parum differant a silvestri. Et pluribus modis operando ad 5 traynam, ut diximus, et accidendo inde sibi bonum, scilicet pascendo ipsum vel de trayna vel de carnibus super ipsam, et deferendo ipsum ab impedimentis, et prorsus faciendo, ut diximus, propter consuetudinem, quam colligunt ex eo, quod pluribus vicibus accidat sibi bene, ex= inde, si contingat, quod emittantur ad silvestrem et non possint [ca= 10 pere] eam aut pro defectu succurrentis aut aliquo casu alio, non cave= bunt proinde, quin volent ad alias, cum plures accideret sibi inde bene, cuius rei simile non accideret eis, si sine trayna volassent ad aves, cum non meminissent ex hiis aliquid habuisse bonum. Patet itaque ex dictis, ad que sit utilis trayna.

15

De adiutorio dando falconi

Cum falco doctrinari debeat ad capiendum magnas aves, quarum magnitudo et fortitudo plurimum excedat super magnitudinem et fortitudinem falconis, convenit adhiberi omne adiutorium, quod 87 a poterit falconi¹ volanti ad huiusmodi magnas aves. Nam cum omni 20 adiutorio, quod sibi fiet, vix sufficiet contra magnitudinem et fortitudinem magne avis. Et quoniam succursus hominum non tam suf= ficiens neque tam velox, quod possit respondere velocitati avium ipsarum - per elongationes enim, quas faciunt aves, cum tardus suc= cursus hominis, illa magna avis poterit ledere falconem aut repellere 25 falconem, quod amplius nolet eam capere - oportuit excogitare modum velocioris succursus, qui circa hoc poterit inveniri. Sed quoniam canis inter cetera bruta est illud, quod facilius et amplius potest ad diver= sa doceri, et magis aptum est recipere documentum ab homine - habet enim virtutem estimativam et conservativam, quibus suscipit et con= servat illud, quod docetur, et per quas etiam cavet ab opposito 30 eius, quod doctus est - , rationabiliter inventum fuit, quod canis de= beret succurrere falconibus super predam, et merito, cum nullius al= terius animalis succursus in hoc poterat esse tantum conveniens.

DE CANE DANDO PRO ADIUTORIO

Cum itaque canis inter cetera bruta habeatur pro velociori succursu, qui possit fieri falconibus super predam, et cum, quod unus genus canum velocius sit inter cetera genera canum, illi autem sint et dicantur canes leporarii seu veltres, convenit, ut de hoc genere canum sit canis, qui debebit succurrere, nam huiusmodi velocior, ut dictum est.

De eodem. Item debet esse de generatione canum, si haberi poterit, qui erant succursores avibus rapacibus, nam per hoc addiscet facilius, quod habebitur originaliter a natura.

De eodem. Item sit etatis circa unum annum, nam infra unum annum membra eius, tamquam tenera, non sufficient tolerare laborem. Et si esset maioris etatis quam unius anni, posset didicisse malos mores ab se vel ab alio, qui mores non possent de facilis tolli ab eo. Et oporteret, ut tollerentur de etate, ut diximus, quoniam, nisi fuerint etatis predicte, non discernerentur in eo cetere forme suorum membrorum convenientes proposito.

De eodem. Sit itaque densus corpore et habeat densos pilos, quia plus potest tolerare laborem et frigus, minus enim timebit asperitates temporis et loci.

De eodem. Item sit mediocris stature, nam si esset parvus, non posset discernere per herbosa loca aut fruticosa, et si magnus, tederet eum laborare propter corpulentiam, et esset periculum falconi, si impetuose allideret in eo aut si poneret pedem super ipsum propter gravitatem.

De eodem. Item sit agilis, ut non tebeat ipsum laborare et promptus sit facere, quod debet. Item sit masculus, quoniam in omni tempore poterit succurrere, de femina autem non sic erit. Quotiens enim adesset tempus coitus aut esset pregnans, succurrere negligeret aut non valeret. Et alii canes docti in huiusmodi vastarentur per eam, quando esset in tempore coitus. Et quando esset pregnans, non posset tolerare laborem.

De eodem. Item sit audax, ut non timeat transire aquam aut alia loca aspera, super que transvolat falco.

De eodem. Item sit sagax ad intendendum id, quod docetur, et ad cāvendum sibi ab opposito.

5 De eodem. Item sit obediens docenti, ut addiscat et faciat, quod do-
87'a cetur, et caveat illud facere, quod doctus est.¹

DE CĀNE SUCCURSORĒ QUOMODO DEBET DOCERI

Item non sit usus venari aliquam bestiarum, quoniam, si esset usus ad eas, cum naturalius sit cani venari bestias quam aves, non esset tam avidus ad aves sicut canis, qui non venatus fuissest bestias, et si currendo post falconem casualiter videret aliquam bestiarum, ad quam usus fuissest currere, dimittet sequi falconem et iret ad bestias.

DE CĀNE

Hunc ideo canem si falconarius posset nutrire secum parvum, melius erit. Nam cavebit sibi a malis moribus et assuefaceret ipsum cum falconibus, quoniam canis, qui docetur ad hoc leporarius, debet frequenter videre falcons et frequenter esse cum eis, ut discernat et cognoscat eos ab aliis avibus non solum visu, sed odoratu. Falco non tantum debet videre canem, ne per hoc, stando super predam, expectaret ipsum canem. Immo bonum est, quod falco aliquantulum timeat de cane, ut, quando canis veniet, non expectet ipsum, sed absistat. Canes namque non sunt omnes bone moralitatis et doctrine, et vix potest accidere ad tempus longinquum, quin canis noceat falconi super predam, si falco expectabit ipsum ibidem. Propter hoc convenit, ut timeat nec expectet.

DE CĀNE

Item, quotiens falco pascetur, canis debet esse presens, ut cognoscat ipsum falconem esse carum homini et propter hoc timeat nocere falconi, quas enim res diligit homo, illas ledere timet canis, precipue si cum eo nutritus fuerit et assuetus.

DE CĀNE

87'b Item, quotiens pascitur falco,¹ canis, qui presens est, debet dari causus aut panis aut alias cibus sibi delectabilis tali modo, quod ca-

nis illud, quod dabitur sibi ad comedendum, suscipiat in ore suo de-
sub manu, que tenet falconem, quasi desub pedibus falconis reciperet.
Per hoc enim, quando falco tenebit predam, canis curreret ad sub pedes
falconis et non curreret ad superiores partes falconis, pro eo quod
erat consuetus pasci subtus pedes falconis.

DE CANE

Item canis frequenter debet olfacere falconem, ut odoratu sciat dis-
cernere falconem ab aliis avibus et sic per olfatum cognoscat quem-
admodum cognoscebat visu. Et si, dum olfaceret falconem, vellet
ipsum ledere mordendo vel impellendo, falconarius minaretur ei. Sit 10
tamen falco, sub quo docetur comedere et cum quo docetur esse pri-
vatus, alias falco, de quo non curetur multum, non ille, cui debet
succurrere. Bonum enim est, quod hic falco timeat de cane.

De eodem. Item, postquam hoc erit factum per plures dies, debebit
dari cani ieiuno caseus super loyrum ad comedendum, et hoc debet 15
fieri pluribus vicibus sic, quod canis cognoscat bene loyrum et liben-
ter ad ipsum veniat, quando sibi ostendetur. Hoc facto, falconarius
debet tenere falconem, quemadmodum ad loyrandum tenebat ipsum,
et debet tenere canem prope falconem cum uno fune laxatorio. Et alias 20
falconarius portet loyrum longe ab isto ad iactum unius lapidis, qui
debet esse in loco manifesto, et tenere loyrum tali modo, quod falco
et canis bene videant loyrum, et debet circumvolare loyrum non voci-
ferando. Et qui tenet' falconem, debet emittere tunc ad loyrum in con- 25
spectu canis, sed tamdiu detineat canem, quod falco non possit
attungi a cane ad currendum illuc, et tunc potest dimittere canem ad
currendum illuc. Statim, quod falco venerit prope loyranter, iactetur 30
sibi loyrum, et ille, qui iactabit, opponat personam suam, nam si non
interponeret eam, canis, qui cibatus fuit super loyrum, vellet ire ad
loyrum, et falco, videns canem venientem, posset timere et loyrum di-
mittere, unde alia vice non tam libenter veniret ad loyrum. Et falco- 35
narius tunc, qui adest, capiat canem, ducendo ipsum ante falconem,
ita quod canis videat falconem sedentem super loyrum, et in presen-
tia falconis cibet canem caseo, pane vel alio cibo delectabili sibi.

Alia vero vice loyrbat ipsum longius secundum modum, qui dictus est, hoc faciendo sepe et sepius, longe et longius, donec canis ex se ipso instet currere cum falcone, quotiens iactatur falco ad predandum. Et postquam hoc erit, distet ille, qui loyrat, stans in loco tali vel taliter loyrando, quod canis non possit ipsum videre neque loy= rare, et, falcone iactato ad loyrum, statim dimittatur canis ad idem loyrum sic, quod canis sequens falconem vadat ad illum, qui tenet loyrum, et hoc fiat sepe. Et quando videbitur, quod canis velit et affectet ire illuc, quo vadit falco, habeat unum anserem agrestem, si 88 b haberi poterit, alioquin habeat domesticum,¹ quod anserem mordeat canis, et si illum mordere per se noluerit, detur cani caseus super anserem, nam propter hoc mordebit anserem libentius. Quem anserem postquam mordebit canis avide et libenter, portet falconarius ad campaniam, et ligentur ambe ale anseris sic, quod non possit percutere 15 cum eis, et sinatur anser hoc currende pedes per campum. Et tunc ha= beatur falco pauci valoris, qui capiat huiusmodi anserem, et emittatur hic falco ad anserem. Prope anserem, quocumque ierit, sit unus fal= conarius. Et post hoc sinatur ire canis post falconem. Sed priusquam canis perveniat illuc, ille, qui stat prope anserem, accipiat ipsum an= 20 serem manibus suis, super quem est iam falco. Canem iam prope venientem increpet, ut impetum sui cursus retineat et assuescat venire suaviter, si enim suaviter veniet, non impelleret falconem. Et tunc desinat canem mordere anserem in partibus illis anseris, que sunt sub pedibus falconis. Et quandocumque tenebit anserem, ut mor= 25 deatur a cane, teneat ipsum fortiter et eum comprimat in terram, dum canis mordebit, ne canis possit asportare et excutere ipsum anserem. Et ex hoc sic addiscet retinere predam, quod non movebit eam de loco, in quo erit, neque excutiet, sed addiscet comprimere in terram. Et si canis avide mordebit anserem, nichil dabitur cani ad comedendum 30 super anserem, nisi quod applaudetur cani, et applaudetur caput 88 a eius, dum mordet anserem.¹

DE CANE MINANDO

Et si canis, dum mordebit, volet excutere anserem, falconarius incre= pet ipsum et minetur ei. Et istas increpationes et huiusmodi minas

tam sepe faciat, quod canis sine omnibus minis caveat ab excussione
anseris, quem mordebit.

DE CANE

Et postquam hec faciet canis sagaciter et per se, falconarius, qui primo
erat prope anserem, permittat venire canem, sic quod ipse falco= 5
narius non teneat anserem, neque quod sit propinquus anseri, quando
veniet canis.

DE CANE

Et postquam sic erit doctus canis, potest falconarius ipsum facere
currere cum falcone ad gruem, qui, inquam, falco assuetus sit capere 10
grues, de quo confidatur, quod bene capiat grues. Nam si falco sepe
falleret, canis non libenter curreret cum ipso, sed ex hoc de facili
vastaretur, quoniam laboraret frustra.

DE CANE

Istos autem canes sic doctos nullus permittat capere aliquam bestiam 15
domesticam seu silvestrem, et precipue illam bestiam, que, quando
a cane capitum, se defendendo mordet canem, ut sunt vulpes, lupi,
gatti et huiusmodi. Nam si huiusmodi bestiam caperet, disceret ex hoc
excutere avem, quotiens succurreret, et hoc esset periculum falconi= 20
bus existentibus super predam. Nam per excussionem prede capte pos=
set rumpere pennas falconum et ledere etiam ipsos in persona.

Explicit liber tertius

INCIPIT LIBER QUARTUS
DE GIROFALCO AD GRUEM, QUE ET QUALIS
fit venatio cum eo

Dictum est, quid est traynare ad grues, et quomodo fit, et ad quod
5 est utile, et de cane, quomodo doceatur succurrere falconi, et se-
quitur dicere de venatione girofalci ad grues. Quoniam non potest
fieri cum girofalco venatio ad grues, nisi prius sciatur, in quibus
locis inveniantur ipse grues - et ipse grues mutant loca secundum
10 mutationem temporum anni et secundum mutationem diei et secun-
dum diversitatem climatum - expedit, ut dicatur, in quibus locis, qui-
bus temporibus anni et quibus horis diei inveniri possunt.

QUIBUS HORIS GRUES EXEUNT AD PASCENDUM

Universaliter igitur dictum est, quod grues in die exeunt bis ad pa-
scendum, scilicet in aurora, et pascuntur usque ad tertiam horam diei
15 et aliquando usque ad quartam, quando scilicet dies erit nubilus.
Tunc enim, quando dies est nubilus, [tardius] exeunt ad pascendum
et tardius redeunt de pascendo, et post horam tertiam aut quartam,
quando iam paverint, redeunt ad aquam causa quiescendi et bibendi.
Post nonam vero iterum exeunt ad pascendum usque prope occasum
20 solis, et tunc iterum redeunt ad aquam, ut per noctem quiescant ibi et
tutius maneant.

QUIBUS LOCIS INVENIUNTUR

In principio autumpni, antequam seminent homines, inveniuntur
grues sepius in areis camporum, in illis scilicet regionibus, in qui-
25 bus homines triturant segetes in campis, et aliquando in stipulis. Sed
in regionibus illis, in quibus homines non triturant segetes in cam-
pis, inveniuntur grues sepius in campis stipularum, de quocumque
genere granorum stipule sint, et sepissime in stipulis milii.

De eisdem. Postquam vero in autumpno iam seminatur, inveniuntur
89b frequentius in agris seminatis grues in regionibus¹ frigidis, quo-
que congelantur terre et aque, nam postquam congelaverint terre et
aque, raro habebuntur illuc grues et pauce. In regionibus vero calidis

inveniuntur grues in terris seminatis, quousque semina exeunt in herbam. Nam in regionibus calidis, postquam semina germinaverint in herbam, in quibus morabuntur per hiemem, inveniuntur sepius in terris solidis et incultis, in quibus cavant radices.

De eisdem. In principio vero veris inveniuntur in pratis et in terris solidis in illis regionibus, in quibus tunc non seminatur. Nam in quibus tunc seminatur, inveniuntur sepius in illis terris, in quibus seminantur legumina aut alia genera granorum, quousque sata germinent in herbam. Tunc enim inveniuntur iterum in pratis, paludibus et cannetis.

De eisdem. In estate vero inveniuntur in pratis, paludibus et in terris aratis, que non sunt seminate et sunt prope paludes.

QUO TEMPORE EXEUNT AD PASCENDUM

Post vero pluviam, hoc est cessante iam pluvia, si tempus est nubilum, plures inveniuntur grues in campis et tardius redibunt ad aquam. Sed si tempus fuerit clarum, citius exhibunt ad pascendum et citius redibunt, nisi gelaverit. Nam in mediis climatibus diebus illis, in quibus mane gelaverit et sole ascidente ipsum gelum eliquat, quamvis tempus sit clarum, grues tardant exire ad pascendum, ut per solem dissolventem gelum possint facilius cavare terram et acquirere sibi escam.

QUO TEMPORE REDEUNT

In redeundo vero ad aquam, ubi quiescere volunt, si tempus est serenum, sublime volant in girando sursum, et tunc postea descendunt ad aquam, quod non faciunt tempore nubilo, sed redeunt directe ad aquam.

QUO TEMPORE PASCUNTUR

Tempore vero pluvioso quasi per totum diem pascuntur, si ventus non fuerit.

DE REDITU

In omni vero tempore ventoso redeunt¹ grues celerius et libentius ad aquam, nam in ripis aquarum sunt calami, salices et huiusmodi, que defendunt gruem a frigore et a vento. Et grues timent frigus,

quoniam sunt frigide naturaliter et longas habent tibias, unde ci-
tius sentiunt ventum.

DE LOCO IN QUO INVENIUNTUR GRUES

Item, quando tempus est ventosum, inveniuntur plerumque sub colli-
bus, qui detineant flatum ventorum, ne irruat in eas, et ut ibi pascan-
tur quietius, et in aliis locis, in quibus non molestantur a vento.

DE DIVERSITATE GRUUM

Aliæ sunt maiores et cinericii coloris in plumagio, ruborem haben-
tes super caput et caput deplumatum et vocem acutam et altam, hee
notissime sunt etiam vulgo. Aliæ sunt minores, coloris cinericii
super dorsum, oculos habent rubeos, pennas cervicis longas ad
modum aironum, non rubee super caput neque deplumate sunt, sed
habent genas albas plumis, nigre sunt ante pectus et habent plumas
ante pectus disgregatas ad modum pilorum, vocem habent raucam, in
reliquo vero plumagio et in forma membrorum parum differunt a ma-
ioribus. Aliæ sunt albe, magne ut ille, que dicte sunt maiores, et fere
maiores eis, sed sunt nigre in extremitatibus pennarum utriusque
ale, in reliquo vero plumagio albe.

Diximus de temporibus et locis, in quibus inveniuntur sepius grues,
nunc dicatur tempus anni, in qua regione, et quale tempus diei, et que
hore diei magis convenienter venationi ad grues.

DE TEMPORIBUS ET HORIS QUE CONVENIUNT VENATIONI AD GRUES

Generaliter in autumpno et in vere inveniuntur plures grues in mediis
climatibus et frigidis, in hieme vero inveniuntur plures in calidis re-
gionibus. Et si in calidis regionibus plures inveniuntur in vere, ut
sepe accidit, non est pro eo, quod aliunde adveniunt, sed quoniam,
que segregate erant in ipsis regionibus, congregantur in turmas ad
redeundum, ut dictum est in capitulo de reditu avium: in autumpno,
quia tunc transeunt, in vere, quia tunc redeunt.¹ In hieme vero non
inveniuntur in terris frigidis occasionibus dictis. In calidis vero ter-
ris per estatem non inveniuntur similiter propter causas dictas, sed
per estatem in terris frigidis inveniuntur propter ea, que dicta sunt.

IN HIEME

In terris calidis inveniuntur per hiemem, et propter hoc in autumpno melius est venari ad grues in qualibet regione multis rationibus, quoniam tunc inveniuntur in qualibet regione plus quam in aliis temporibus, et quoniam tempore autumpni invaluit siccitas et terre minus sunt aquose et paludes non sunt tantum invie eo tempore, quantum in aliis temporibus, et propter hoc non possunt habere refugium suum grues ad aquas, cum pluvie nondum venerint et cum terre sint sicce.

IN AUTUMPNO

Et quoniam in autumpno dies quietiores sunt et tempus est suavius, et ab autumpno diutius possunt exerceri venationes, ab autumpno scilicet usque ad ver. Et si aliquid mali accidat falconi, aut propter gruem, que ledet ipsum, aut propter aliam occasionem, propter quam nolit volare ad gruem, longitudine temporis subsequentis poterit idem falco reduci ad pristinum statum bonum, et deinde scilicet ad meliorem.

De eodem. Et in tempore autumpni grues iuniores stant cum matribus, que iuniores sunt debiliores, tam in volando quam in defendendo, et matres tunc diutius expectant pro conservatione filiorum, quia, quando matres volant, expectant filios, qui non possunt ita cito volare, et propter hoc falco attingit citius eas expectantes.

De eodem. Et falcones eo tempore exeunt de muta, qui iam sunt mutati et quieverunt per estatem in muta, unde tunc sunt fortiores. Illi vero, qui sunt sauri et nondum mutati, habent pennas suas integriores et non vexati labore. Inde est, quod debet fieri trayna falconibus, quibus expedit adeo cito, quod, veniente autumpno, sic sint falcones pertraynati, quod possint volare ad grues.

DE HIEME

Item in hieme non est ita conveniens¹ venari ad grues quemadmodum in autumpno, nam in calidis regionibus, quamvis per hiemem plures grues inveniantur, tamen, quia tempus est humidum et aquosum [et]

terre paludose sunt aquasiores, grues habent citius refugium ad aquas et defensionem per eas. Et quia terre sunt lutose et aquose, nec canis nec equus nec homo, cum quibus succurritur, possunt ita de facili accedere ad succurendum falconi, cum ceperit gruem.

5 De eodem. Etiam quia dies hiemales sunt ventosi et pluviosi, non tantum est conveniens, et diminutum est de tempore apto venationi in eo, quod iam transiit autumpnus. Unde, si aliquid mali aut vitii accideret falconi, ut predictum est, non habebitur tantum tempus ad corrigendum illud malum aut illud vitium.

10 De eodem. Grues vero iuniores iam sunt magis fortes, quia sunt maioris etatis, et matres etiam sunt fortiores, quia in regione ipsa iam diu quieverunt.

De eodem. Etiam falcones pro eo quod stant in domibus, non potest esse, quin fumus inficiat pennas suas, quoniam eo tempore vix possunt preservari a fumo. Et penne ipse sordidantur ex tractamentis et perdunt florem suum, quo penne erant mundiores et splendidiores et poterant se melius defendere a pluvia. Quando igitur nebula pluviosa aut pluvia tetigit pennas sic affumatas et sordidas, facilime madefacient eas, et falcones proinde minus erunt apti volare.

20 De eodem. In hieme, si falco deiecerit gruem in terram, quando herbe et terra sunt aquose, penne falconis madefient, et si grus ab ipso tunc evaserit, non poterit falco ita de facili se relevare et attingere eam. Ad hec, quanto erunt grues in minus calida regione per hiemem, tanto erit minus conveniens venari ad ipsas propter supradictas causas.

DE VERE

In vere vero, quamvis plures inveniantur, sicut dictum est supra, et debiliores,¹ pro eo quod sunt fatigatae ex labore redeundi – et quod sint debiles in vere, signum est, quia in quadam regione Apulie plane, que dicitur Capitanata, in tempore redditus gruum capte sunt iam grues cum girofalcis, falconibus et aliis avibus rapacibus, que erant sanguinolente in plumis et pennis sub alis et in lateribus, et erant adeo debiles, quod vix poterant volare, et aliquae de talibus iam fuerunt

capte manibus hominum, cuius rei simile non audivimus in aliis regionibus visum fuisse, quod sive accidat, quia pugnant, cum instet tempus coitus earum, sive quod matres pugnant cum filiis, ut expellant eos a se, quia volunt iam intendere generationi aliorum filiorum, sive propter hoc, quod fatigantur in redeundo tantum, quod sanguis exit de naribus earum, quo sanguine, quando se perungunt, penne et plume earum cruentantur et inviscantur cruore, sive propter aliud accidat, adhuc ignoramus - et quamvis, ut plurimum, tunc inveniantur segregate et solitarie grues, pro eo quod expellunt a se filios, ut dictum est, et ipsi etiam filii sint tunc debiliores, tamen non est adeo 10 conveniens in vere, sicut est conveniens in autumpno, quoniam tempus veris aptum est venationi breve. Unde, si aliquod vitium veniret falconi aut per gruem aut per aliud, non posset corrigi de illo vitio, quin prius poneretur in muta cum illa lesione et illo vitio, sed, postquam exierit de muta, per longum tempus non posset ex illo verificari. 15

De eodem. Item falco in vere, quia recedit ab hieme et approximat iam estati, est minus gulosus et minus affectat volare ad grues.

De eodem. Quia iam tempus coitus adest, sunt magis superbi et minus curant de fame.

DE ESTATE

In estate vero est omnino inconveniens venari ad grues, quoniam non inveniuntur multe grues. Intendunt enim nidificationi et inveniuntur 90'a frequentius prope aquas et inter paludes et non elongantur ab eis, et tunc magis inveniuntur matres et patres, et pauci inveniuntur de filiis, et ipse matres sunt fortiores valde. 25

De eadem. Propterea falcones non possunt tolerare multum laborem in venando, quia tempus est calidum, et tunc eliciunt pennas, quia venit tempus mutandi eas, et que tunc restant eis, sunt corrose. Propter quod sunt ineptiores ad volandum et fatigantur in pugnando cum graibus, propter quod tales [vitiosi] fieri possunt et facile infirmari. 30

Dictum est de convenienti tempore diei, nunc dicatur de inconvenienti

Dictum est, quod tempus anni secundum quam regionem sit convenientis venationi ad grues, dicatur nunc, quale tempus diei sit inconveniens et quale conveniens. Omne tempus caliginosum, nebulosum est inconveniens, quia in ipso non potest videri multum a remotis, et ideo non potest videri, ad que loca falco insequatur gruem, nec potest succurri falconi, ut convenit.

De eodem. Item omne tempus pluviosum est inconveniens, quoniam penne falconi madidantur et per hoc redduntur inepte ad volandum.

De eodem. Item omne tempus nivosum, dum scilicet ningit, est inconveniens, quoniam nix madidat pennas, et tale tempus etiam est acerbum et obscurum nec potest videri ad longinquam. Tempus acerbum aufert animum volandi falconibus.

De eodem. Item omne tempus, in quo nix cooperit terram, quamvis non sit inconveniens ob aliud, est inconveniens tamen, quoniam falco non libenter volat in tali tempore, nivem enim horret et timet. Unde, si quis est in regione, in qua iacent nives super terram totaliter, et velit facere volare falconem ad grues, convenit, ut assuescat prius loy**90b** rare falconem suum super nivem, et sic minus timebit de nivibus.¹

De eodem. Item omne tempus ventosum, si ventus est fortis, est inconveniens, quoniam ventus est contrarius volatui avium. Si tamen esset ventus non validus, dummodo aliqua alia mala qualitas temporis non obesset, non esset inconveniens emittere falconem ad volandum ad gruem.

De eodem. Et in omnibus temporibus supradictis inconvenientibus grues minus expectant et citius redeunt de pascendo.

De eodem. Item tempus roridum, dum ros est adhuc per herbas, est inconveniens, quoniam, si contingat, quod falco deiciat et deducat gruem in terram, penne falconis ex rore madidantur, et non potest se falco relevare, si grus evaserit, quia ros plus madidat pennas quam pluvia.

De eodem. Item omne tempus calidum est inconveniens, quoniam falco ex calore temporis et ex labore, quem sustinet in volando, calefit multum et fatigatur citius.

DE TEMPORE CONVENIENTI

Tempus vero nubilosum sine nebula, sine pluvia, sine nive et quietum est convenientius, quoniam in tali tempore grues diutius morantur in suis pascuis et tardius redeunt ad aquas et in tali tempore sepius potest falco volare ad grues et in tali tempore non calefit multum falco ex labore volandi et homo potest melius ire ad iactandum falconem ad grues, ex quacumque parte utilius est ei, cum non oporteat attendere ad ventum.

De eodem. Item tempus serenum et quietum bonum est illis falconibus, qui sunt apti volare tempestive, quoniam in tali tempore affectant magis volare propter claritatem diei et grues in tali tempore sereno minus morantur in campis. Illis vero falconibus, qui non sunt habiles nec apti volare tempestive, et hoc est, aut quia non sunt consueti volare tempestive, aut quia non famescunt, non est conveniens, quoniam, si expectetur de non consuetis volare tempestive usque ad horam sibi consuetam, sol tantum incalabit, quod non poterunt volare nec laborare per nimio calore. Et si expectetur de non esurientibus falconibus, quoisque esuriant et famescant, sol iterum incalabit¹ et volare non poterunt tunc propter magnum calorem, et grues iam recesserunt de pascuis suis. Et si quis habeat facere plures volare falconem, ea die non poterit, quando iam ascendit sol tantum ad hemispherium superius, quod calor intensus est et grues iam abierunt. Et si fiant aliqui iactus falconum ad grues, prius intendetur calor, quam possint fieri alii iactus aliorum falconum.

Dictum est De tempore diei convenienti et inconvenienti, dicatur de hora diei

Dictum est de tempore anni secundum quam regionem et etiam de qualitate temporis, que convenit plus venationi ad grues, nunc restat dicere, que hore diei sunt convenientiores ad faciendum volare ad

grues. In die igitur, quando tempus erit conveniens, ut dictum est, potest homo exire bis ad faciendum volare ad grues, scilicet mane et post nonam. Mane statim, quod sol ascendit super horizontem usque ad tertiam horam diel, post nonam vero, scilicet in tribus horis diei remanentibus usque ad occasum solis. Sed in die sereno mane non convenit facere volare tam diu, et post nonam convenit incipere tardius, cavendo semper a calore, sicut dictum est. Et quod dictum est, habet locum in principio autumpni et in vere, quoniam quanto plus accedetur ad hiemem, tanto mane diutius poterunt volare faltones et citius incipere circa vesperem. In regionibus etiam frigidis, quanto plus erunt frigide vel minus, poterit plus morari foras, nam mane poterit diutius morari in campis et in sero citius exire.

De eisdem. Item de istis horis convenientibus volatui falconum ad grues convenientiores sunt hore matutine quam vespertine. Grues enim magis expectant in horis matutinis, quoniam magis intendunt pascere, pro eo quod magis esuriunt. Et magis esuriunt, pro eo quod maius tempus et melius habuerint ad digerendum cibum per noctem, quem receperant sero, quam sit tempus, quod habent ad digerendum cibum, quem sumunt mane. Maius enim tempus est a sero per totam noctem usque mane quam a tertia diei usque ad nonam eiusdem.

De eisdem. Item, quod hore matutine sunt convenientiores quam vespertine, est alia ratio, scilicet hec. Si falco expectat volare usque sero, aut dabitur sibi aliquid ad comedendum mane aut nichil. Et si dabitur aliquid, difficile erit dare sibi in illa quantitate et illa mensura, per quam sit adeo cupidus volare sero, sicut mane erat. Nam si dabitur plus, minus libenter volabit ad gruem, si vero minus dabitur, debilior erit et non sufficiens. Si vero non dabitur sero, longe [debilior] erit ex longo ieiunio, a mane scilicet diei preteriti usque ad sero diei sequentis.

De eisdem. Item alia ratio est, quoniam, si falco mane perdatur, diutius et convenientius queritur, per diem scilicet, et facilius invenitur, quoniam, si sero perderetur, subsequitur nox, que non apta [est] ad querendum faltones perditos, et preterea, quando falco pernoctat extra et pascitur, difficilior est inveniri propter noctem.

DE HORIS INCONVENIENTIBUS

Item circa medium diem et usque nonam non sunt hore convenientes ad venandum cum falconibus ad grues, quoniam in hiis horis grues iam recesserunt a pascuis et calor, si est tempus serenum, est intensior, qualem calorem non bene tolerant falcones in venando. Et falcones in hiis horis perdunt animum et appetitum venandi, et in eisdem horis aquile et vultures sublime volant et circumferuntur per aerem, de quibus timeret falco.

De eisdem. Si tamen circa medium diem non erit calor, sed tempus nubilosum – in quali tempore plus habet voluntatem volandi, quam si esset tempus serenum, et in illo tempore nubilo aquile et vultures sublime volare et circumferri per aera raro consueverunt – et si loca aquarum, ad quas circa medium diem redeunt ad quiescendum, non habent aquas, que possint impedire falconem,¹ poterit falco ea hora illuc iactari ad grues, quoniam ipse grues confidentes in aquis expectabunt illuc et quoniam grues in illis locis et in illa hora non erant consuete iactari falconem ad ipsas.

De eisdem. Et universaliter dicendum, quod, si grues erunt in locis, in quibus non est consuetum iactare falconem ad eas, quamvis sint etiam de illis, que non expectarent in locis consuetis, in quibus consuetum est iactare falconem, tamen plus expectabunt propter mutationem loci. Et quamvis falco possit iactari ea hora et eo loco, attento, quod dictum est, tamen minus libenter volabit et minus bene, cum in hiis horis omnes falcones habeant naturam quiescendi.

Dictum est de temporibus convenientibus et horis diei,

Dicatur de inconvenientibus

Dicto de temporibus convenientibus et de horis diei, videndum est, que loca sunt convenientia iactui falconum ad grues capiendas et que non. Quicumque enim exibit ad iactandum ad grues, non debet esse contentus, quod inveniat grues, sed debet considerare simul cum hoc, an inveniat in loco convenienti, quia non omnis locus est con-

veniens volatui falconum ad capiendum grues. Loca siquidem inconvenientia iactui sunt, in quibus sunt fossata seu fosse, vallones aquosi et non aquosi, vinee, sepes seu clasure alie, quoniam in hiis non potest succurri falconi, licet falco de hiis non timeat.

De eisdem. Item loca sunt inconvenientia, in quibus sunt aque spatiose, non profunde, aut frutices densi et multi aut herbe multe et longe, ut salices et huiusmodi, quoniam in talibus locis timet falco, et quamvis homo possit succurrere falconi, canis non potest succurrere in dictis locis,¹ et sic falco depelleret gruem ad terram in fruticosis et herbosis locis, que diximus, et contingeret, quod grus evaderet, exurgeret bene de herbis magnis, quoniam habet crura longa, sed falco vix exurgeret ad persequendum gruem, quoniam habet crura curta.

De eisdem. Item loca sunt inconvenientia, in quibus sunt flumina magna et aque profunde, nemora et canneta et paludes, quoniam in hiis timet falco et nec homo nec canis possunt succurrere falconi.

De eisdem. Item non solum videndum est, quod impedimenta predicta non sint in loco, in quo sunt grues, sed etiam, quod non sint vicina tantum, quod grues possint habere refugium ad ipsa, quando falco insequitur eas.

De eisdem. Item, si locus, in quo sunt grues, careat omnibus impedimentiis predictis, adhuc non est conveniens iactui falconum ad grues, si prope grues erunt anseres aut bistarde aut alie aves, pro quibus avibus falco desereret gruem, quando insequetur eam.

De eisdem. Illa loca vero sunt convenientia ad faciendum volare falconem ad grues, in quibus est campania expedita, spatiosa et plana, et post hanc illa, que habet colles non multum altos, sed absque impedimentiis predictis.

DE DIFFERENTIIS IMPEDIMENTORUM

Cum igitur impedimenta sint tribus modis, quedam scilicet, in quibus potest succurri per hominem vel per canem et falco non potest capere, et quedam, in quibus non potest succurri nec per hominem nec per

canem et falco non potest capere, et quedam, in quibus non potest succurri et falco potest capere, pelora dicimus illa impedimenta, in quibus non potest succurri et falco potest capere, quoniam, ubi falco capit, quando non potest succurri, grus defatigat falconem et percudit et infert sibi plura nocumenta. Unde accidit, quod non potest retinere 5 gruem et remanet¹ falco sic fatigatus, sic Iesus, quod alia vice timet 92a volare ad grues, ne sibi inferat lesionem. In ceteris vero impedimentis, in quibus non potest capere falco, non accidet falconi huiusmodi lesio, nec alia vice timebit volare ad grues, cum non fuerit Iesus ab 10 ipsis gruibus. Si unum est impedimentum tam magnum, quod non possit succurri neque per hominem neque per canem, non erit iactandum. Et si erunt tota impedimenta, quod non possint haberi tot succursores, quot convenit, similiter non erit iactandum. Si vero erit unum impedimentum, ubi possit succurri per hominem et per canem, iactandum erit eo modo, quod dicetur. Et quando plura erunt impedimenta sufficien= 15 tia impeditare succursum, in tali loco iactandum non erit penitus.

DE LOCIS IN QUIBUS POTEST SUCCURRERE

Potest autem homo in quibusdam locis expeditius succurrere quam canis, sicut sunt loca silicosa et herbosa altis herbis et segetes magne et frutices, per que loca homo potest melius succurrere quam canis. 20 Et sunt loca, in quibus expeditius canis potest succurrere quam homo, sicut sunt fossata, vallones, terre lutose, per que loca canis facilius discurrit quam homo. Et sunt alia impedimenta, in quibus homo vel canis potest succurrere, falco tamen non potest illic capere, sicut sunt aque spatiose, non profunde, per eas namque potest homo vel canis 25 ire ad succurrendum, falco tamen non audet illic capere. Et sunt impedimenta, in quibus falco potest capere, sed homo vel canis non potest illic succurrere, sicut sunt vallones, fossata et flumina profunda, ultra que loca falconi, si ceperit avem, neque homo neque canis potest succurrere. Et sunt impedimenta, in quibus falco non potest capere 30 neque homo neque canis potest succurrere, sicut sunt¹ aque profunde 92b et silve dense, et hec sunt deteriora omnibus. Quotiens ergo aderunt impedimenta predicta, falco non erit iactandus penitus.

DE LOCO IN QUO NON DEBET IACTARI

Amplius, si in loco, in quo sunt grues, erunt, ut dictum est, bistarde, ciconie, anseres aut alie aves, pro quibus avibus falco desereret gruem, quando insequeretur eam, non iactetur, quoniam falco dimitteret grues et volaret libentius ad illas, quoniam sunt minores gruibus et illas magis concupiscet. Propter hoc prius sequestrentur a loco illo. Fugabuntur autem et separabuntur a loco illo et a societate gruum hoc modo. Equitandum erit inter grues et huiusmodi aves tam prope illas aves, quod propter equitandum aufugiant, et si sint adeo prope grues, 10 quod non possint fugari sine gruibus, fugantur hee et ille, enim pro eo, quod non sunt eiusdem generis, postquam surrexerint, de facili dissociabuntur se.

Sequitur dicere, ad quot grues conveniens sit iactare falconem

15 **D**ictum est, que loca sunt convenientia iactui falconum ad grues et que non. Dicendum est nunc, ad quot grues conveniens sit facere volare falconem, qui incipit volare ad grues, quoniam non ad quotcumque conveniens est. Sed talem falconem, qui primo incipit, convenientissimum esset iactare ad unam gruem, sed raro invenitur 20 grus una sola, nisi per aliquam lesionem detineatur, quod non sit cum aliis.

De eodem. Ad duas autem et ad tres bonum est semper, ad quatuor autem non est bonum, nisi melius non possit fieri.

25 **a** De eodem. Ad duas melius est quam ad tres,¹ si de duabus una est gruellus, quod si sit de iunioribus, nam propter paucitatem securius invadet duas falco quam tres. Et cum grues consueverint adiuvare se invicem, minus erit adiuta una duarum a reliqua quam una trium, que iuvaretur a duabus reliquis.

De eodem. Ad tres autem, si una est gruellus, ut sepe accidit, est melius quam ad duas, quando neutra est gruellus. Nam si de tribus una est iunior, licet contra falconem a duabus adiuvetur iunior, tamen tanta est debilitas iunioris, quod minus impeditur falco ab istis tri-

bus defensionem facientibus, quam impediatur a duabus, quarum neutra est iuvenis. Una enim duarum, quarum neutra est iuvenis, que scilicet capitur a falcone, maiorem defensionem facit cum reliqua et plures lesiones infert falconi, quam faciant due cum tertia capta, que est iuvenis, quoniam, que capta est, infert maiorem lesionem falconi. Et maiorem defensionem facit cum rostro, pedibus et alis adiuta ab una sola, quam una iuvenis et due maiores iuvantes eam, namque que iuvant, non aliud malum faciunt contra falconem, quam quod pessundant ipsum, et quamvis falco, pro eo quod novellus est et non fuit unquam iactatus ad grues, non debet discernere inter gruellum et grues, tamen propter parvitatem et debilitatem, quam cognoscit in gruello, sepe accidit, quod capit gruellum et non gruem.

De eodem. Si vero de duabus una erit iuvenis et de tribus una erit iuvenis, et si de duabus et de tribus nulla est iuvenis, melius erit ad duas quam ad tres propter paucitatem, ut dictum est, et quando plures erunt quam tres, tanto minus erit conveniens iactare.

15
92' b

QUOD NON IACTETUR PROPE MAGNAM MULTITUDINEM

Item, si due vel tres grues sint prope magnam multitudinem gruum, non erit iactandus ad illas duas neque ad illas tres, quoniam semper habent refugium ad societatem aliarum, et falco non audacter insequitur eas illuc. Et si contingeret, quod insequeretur eas illic et caperet aliquam, magnum esset periculum falconi, nam omnes ille grues aut plures intenderent ad defensionem illius capte contra falconem.

De rebus utilibus falconario ad exeundum foras ad venandum grues

23

Dictum est, quomodo debet traynari girofalcus ad gruem, et que tempora et que loca meliora sunt ad iactandum ad grues, et ad quot grues melius est iactare girofalcum novicium, qui incipit esse gruerius. Nunc convenit dicere, que sunt utilia falconario ad exeundum foras, ut iactet ad grues. Falconarius quando exire debet foras

30

ad exercendum venationem cum girofalcis ad grues, habeat pannos
vestimentorum suorum curtos, ut agilior sit cum eis, et sint unius
coloris. Qui color sit bisus aut similis colori terre, quali panno utun-
tur coloni, tales enim panni exponuntur convenientius importunitati-
bus temporum et locorum. Si vero vestes haberet splendidas et vario-
rum colorum, per quos colores panni essent melius discernibiles,
quando indutus talibus pannis exiret foras ad venandum aves, quas
capere intendit cum falconibus, minus expectarent et facile affugerent.
Habeat pileum amplum super caput, ut per ipsum minus appareat fa-
cies eius gruibus et per hoc minus pavescat, et sub ipso defendat
falconem a pluvia, vento et sole, si necesse fuerit. Habeat ocreas cros-
sas in cruribus suis, que sint tutamen tibiarum et pedum contra
aquam, cardos et spinas et cetera nocumenta.

DE QUALITATE EQUI

15 Equus vero, quem equitare debebit, sit mitis, stans quiete, qui non
currat, nisi ad voluntatem equitantis. Et si dimittantur habene sibi
super collum causa faclendi aliquid circa falconem cum alia manu,
ipse equus non acceleret propter hoc passum suum, sed sit obediens
et agilis ad girandum se dextrorum et sinistrorum, ubi necesse fue-
rit, et velox ad currendum. Non sit ad improvisa aut insueta pave-
scens neque hiniat libenter, nam aves ad auditum hinitus aufugerent.
Non sit effrenis neque dure boce, quoniam, quando curreretur ad suc-
currendum falconi, posset de facili pessundari falco. Non habeat fre-
num aut pectorale cum nolis seu campanellis, quarum sonitu pos-
25 sent deterreri aves. Non portet sellam, que sit minus alta arconibus
suis, ut falconarius possit ascendere facilius super ipsum et descen-
dere de ipso.

DE SELLÀ EQUI

Illius vero selle arconi posteriori debet esse appensa carneria gran-
dis ex alia parte lateris, in quo portat falconem, in qua, si necesse fue-
rit, portentur aves vive, ut columbus aut gallina aut alie aves, que
necesse erunt aliquando ad pascendum falconem, et illa carneria pen-
dat inferius iuxta latus equi post coxam equitantis.

DE LOYRO PORTANDO

Debet habere etiam et portare secum loyrum et esse associatus aliis equitibus, quorum si portaverit unusquisque loyrum, melius erit. Debet etiam habere unum canem succursorem, et si plures habuerit, melius erit.

5

QUOD GIROFALCUS PORTETUR SINE LONGA

Girofalcus vero portari debet foras sine longa et cum solis iactis re-
tineri super manum, et multo ma'gis ille, qui iam assuefactus est ad 93b
predandum, quam ille, qui solum perloyratus est. Nam si adesset re-
pente aliqua avis, ad quam iactari deberet, si portaretur cum longa, 10
priusquam ipsa posset removeri, tantum elongaretur avis illa, quod
non esset conveniens post remotionem longe iactare girofalcum ad
eam.

DE EQUITATIONE FIENDA AD SEPARANDUM GRUES

Et si contingat, quod, postquam foras exierit, inveniat quantitatem 15
gruum, quam diximus convenientem ad hoc, quod iactare debeat giro= falcum, et illa quantitas sit prope multitudinem aliarum, oportet,
quod unus homo, qui non teneat falconem, eques vadat, si poterit,
inter has et illam multitudinem. Et equitet suaviter et eo modo, quasi
propter aliud equitaret, et debet equitare magis propinquus illi multi- 20
tudini sic, ut faciat eas separari. Si vero ille due aut ille tres sint adeo
propinque illi multitudini, quod non possit equitare inter has et illas
multas, equitet ex alia parte versus multitudinem, ut faciat eas levare
et abire sine illis. Et si accidat, quod ille multe levent se et iterum va- 25
dant ad standum prope duas vel tres, et ipse iterum equitet approxi- mando et circuiendo eas et iterum faciat levare eas sicut prius. Acci-
dit enim multotiens, quod ille multe recedunt et ille due vel tres re- manent, quoniam non sunt de societate illarum multarum.

DE EQUITATIONE FIENDA UBI EST MULTITUDO AD SEPARANDUM EAS

30

Si vero contingerit, quod non inveniantur due aut tres segregate ab aliis et multe inveniantur, si ille multe erunt simul in uno loco, sic

erit iactandum versus eas, circumeundo et approximando ad eas, ut dictum est. Et si recedat pars illarum, que sit conveniens ad iactandum, et pars remaneat maior, debet videre de recentibus, quo vadunt
93^a ad standum, et ab illis¹ remanentibus sic recedat paulatim, non mu-
tando suum gressum de ambulatione equi, sed ampliando circuitum,
usquequo non timeant de circumeunte, quemadmodum stringendo
accedabatur ad eas, quia, si repente recederetur, ille eodem, que reman-
serant, abirent. Et si ille, que recesserunt, ibunt ad locum convenien-
tem, tunc eundum erit ad iactandum ad illas.

10 DE SEPĀRATIONE GRUUM

Et si plures recesserint et pars conveniens remanserit, iactandum erit ad remanentes, si erunt in loco conveniente.

De eadem. Et si omnes recedent et in recessu separantur quedam ab aliis, sicut accidit multotiens, pro eo quod omnes ille multe non sunt
15 de una societate, et precipue separantur ab invicem quedam ab aliis, si sint hore matutine et ante tertiam, quoniam scilicet nondum est hora eis redeundi ad aquas, tunc ad illas eundum erit, que erunt pauciores et in loco convenientiori.

De eadem. Si omnes recedant et non separantur, iterum eundum est
20 ad levandum et ad separandum eas secundum illum modum, qui ad separandum illas convenit, si poterit fieri. Et postquam erunt separate, ut convenit, priusquam eatur ad iactandum ad eas, faciat recedere ceteras multitudines.

De eadem. Et si in locis inconvenientibus inveniantur diverse multi-
25 tudines in pluribus locis et non multum distantes ab invicem, aut etiam paucæ, ad quas convenienter iactandum esset quantum ad pau-
citatem, faciendum erit, quod recedant de locis inconvenientibus, ut
93^b separantur convenienter et pergant ad loca convenientiora, quem¹ ad-
modum dictum est.

30 De eadem. Hec autem separatio gruum fit pro falcone, qui noviter incipit volare ad gruem, quia, quando erit assuetus capere grues et plures cuperit, poterit iactari ad multas grues, tamen melius erit iac-
tare ad paucas, ut dictum est, quoniam inde minus periculum immine-

bit falconi et cetere grues minus inde pavescunt, unde alia vice, quando invenientur, melius expectabunt.

De signis gruum, que volunt expectare et que non

Dictum est, qualiter separande sunt grues a multitudine, in qua erant, et illa multitudo non erat conveniens iactui falconum ad ipsas. Nunc dicendum est, que signa faciunt grues, que debent expectare ad iactandum. Ille grues itaque, que pascuntur et sunt separate ab invicem et ambulant huc et illuc, nunc cum vento, nunc contra ventum, capite inclinato, ut videant escam, et propter approximationem hominis versus eas non coadunant se invicem, tenent plumas et penas hirsutas et eas cum rostro capiant et cum rostro tractent, et si etiam non ambulent et habeant pennas hirsutas aut etiam se perungant aut se excutiant – que faciunt hec signa in hieme et in autumpno et que in vere faciunt hec eadem, et tantum plus, quod clamant una cum alia et allitando sublevant se de terra et palateum et festucam aut aliquid aliud capiunt cum rostro de terra et sursum eliciunt et ludunt invicem, et hoc faciunt, quia coitus earum adest – grues, inquam, que fecerint supradicta omnia aut plura ex eis hiis, erunt expectantes, et que plura fecerint, erunt plus expectantes quam ille, que pauciora.¹ Et hec sunt signa, per que cognoscitur, quod grues expectare debent.

DE NON EXPECTANTIBUS

Ille vero grues, que non debent expectare, quamvis sint etiam separate et ambulent pascendo, quando approximatur ad iactandum, desinunt pascere et coadunant se et constringunt pennas et involvunt se contra ventum et elevant capita et erigunt colla et, quando volunt se levare, extendunt colla in longum. Hec signa faciunt, que non debent expectare.

De provisionibus falconi iactando ad grues

Dicto de signis, per que cognoscitur, quod grues debent expectare et quod non, dicendum erit postea, qualiter equitandum sit ad iactandum. Quicumque vero equitat ad iactandum falconem ad grues,

provideat falconi in quatuor iuvamentis. Unum est de loco, aliud de vento, aliud de succurso fiendo per canes, aliud de succursu fiendo per homines. Et hec iuvamenta fienda sunt falconi, pro eo quod grus est avis fortis et est dampnificans et, quamvis per unum nocumentum 5 inferat grus non lesionem falconi, tamen nocet multum falconi. Hec iuvamenta et quedam alia plura, que poterunt fieri, fiant falconi maxime prima vice, nam summo opere studendum est, ne falconi prima vice malum accidat a grue. Si enim malum sibi accideret prima vice, perterraretur multum exinde et minus libenter alia vice volaret ad 10 grues, has enim grues fortiores invenit quam traynam.

DE LOCO ET TEMPORE

Locus vero aut erit planus aut habens colles, tempus aut erit ventosum aut sine vento. Et quoniam grus est fortis et dampnificans, ut 94b dictum est, et falco cum difficultate potest eam vincere et tenere, nisi 15 habeat adiutorium hominum aut canum, propter hoc convenit habere homines aut canes in statutis locis, qui succurrant falconi.

DE QUANTITATE HOMINUM STATUENTIUM

Et homines hii debent esse quatuor administris sine illis, qui vadunt ad iactandum falconem vel falcones, et si plures essent, melius esset, et 20 debent esse super equos veloces ad currendum. Et quisque debet habere canem unum succursorem, si possibile erit, alioquin habeatur canis unus administris, et quanto plures canes habuerint ab uno cane usque ad quatuor, tanto melius erit, et canes debent esse docti succurrere, ut dictum est supra.

De regione cognoscenda, in qua falco debet iactari ad grues

Priusquam homo vadat ad aliquam regionem ad iactandum falconem ad grues, convenit, ut regio sit sibi cognita, scilicet an habeat aliqua impedimenta de his, que dicta sunt, et contra illa impedimenta, 30 si affuerint, caveat sibi, ut dicetur. Erit autem regio cognita sibi per hunc modum. Queret ab aliquo sociorum suorum de modo regionis

et de situ aut ab aliquo homine, qui sit incola regionis ipsius, aut, si nec per illum nec per istum poterit noscere, ipse per regionem ipsam circum circa equitet, antequam iactet, et perquirat de impedimentis, qualia sunt et ubi.

DE MODO ORDINANDI SOCIOS IN CIRCUITU GRUUM

Postquam vero cognoscerit regionem et grues invente erunt in ipsa regione et volet equitare ad iactandum ad ipsas, debet mittere et ordinare socios suos in hunc modum in circuitu gruum, longe a gruibus. Unus itaque vadat tantum, quod sit ultra grues,¹ alius vadat a dextris et aliis a sinistris, et isti quatuor sic sunt stabiliti circa grues quasi in modo crucis. Et sic vadant ad loca, in quibus stare debent, et sic stent in eis, quod grues propter eorum ambulare aut propter eorum stare non siant timide, ex quo affugerent. Si vero erunt plures quam quatuor preter illos, qui debent ire ad iactandum, sequestrabunt se et stabunt in locis stabilitis equidistantes ab invicem, secundum pentagonam aut hexagonam formam equalium laterum, si tot erunt, et sit distantia singulorum a gruibus tanta, quanta erit distantia...

De eodem. Preterea unus eques mittatur inter grues et stabilias ex alia parte, ad quam iactare debet et versus quam credit, quod debent fugere grues, ut, si girofallo, qui novicius est et audax ex traynis, voluerit aliquam de gruibus, ad quas iactatus erit, audeat invadere, sicut solebat invadere traynam, et per hoc eam capiat. Priusquam perveniat ad stabiliam, que longius stat, ille eques paratus sit cito succurrere, qui proinde, si duo erunt canes succursores, unum tenere debet et succurrat, cum videbit esse opus. Et omnes hil, qui sunt in stabiliis, maxime iste, qui propinquior est, debent in talibus locis stare, quod possint videre gruem et non videri a gruibus. Nam si grues viderent ipsos, non expectarent, sed fugerent, propter hoc sint in absconsis locis, quanto magis poterint. Si vero multo plures erunt homines quam illi, qui dicti sunt, statuantur ultra istos in simili modo stantes, sicut primi stabant, sed longius ab ipsis. Et hoc ideo, si contingit, quod primi stabiliti non possint succurrere propter velocem volatum gruis, dum fugit ante¹ falconem, secundi stantes in stabilitis locis eam sequi possint et succurrere falconi.

De eodem. Si igitur in loco, ubi sunt grues, sit planicies circumquaque sine impedimentis predictis et tempus non sit ventosum, omnes hui, qui stabiliti sunt, equaliter distare possunt a gruibus.

De eodem. Si planicies erit sine impedimentis omnibus et tempus erit ventosum, illi, qui stant sub vento, debent fere in duplo distare a gruibus quam ceteri, et magis minus debent distare secundum fortitudinem et debitatem venti, quoniam grus, quando falco attingit et percutit, consuevit sepius regirare se et volare sub vento, credens adiuvari per ventum impellentem ipsam. Et etiam grus est tam velox volatu cum vento propter magnitudinem alarum suarum, quod, nisi homo in parte illa multo plus distaret quam ceteri in aliis partibus, succursus, qui debet fieri, posset tardare nimis, nam grus cito pertransiret homines, antequam succursus veniret, et grus posset inferre lesionem falconi.

De eodem. Si vero in loco, ubi sunt grues, sit planicies cum impedimento, quod tolleret iactum, et cum vento, debet considerari ad illud impedimentum, si sit sub vento an supra ventum. Et si erit sub vento, tunc est maius periculum, quoniam grus tendet illuc, et causa venti iuvantis eam, et ut per id impedimentum salvetur. Propter hoc ad partem illam debet mitti, quia cautius et citius possit succurrere falconi. Et si id impedimentum sit supra ventum, maxime fortem, tunc minus est curandum de succursu stabiliendo in parte illa, in qua minus potest illuc volare grus contra ventum, si falco audacter invadit et percutit eam, nisi impedimentum sit propinquum, tum semper ad impedimentum aliquis ordinandus est, qui succurrat. Grus enim, pro eo quod est avis fortis et velox, volat quandoque contra ventum pro defensione sua ad id, quod est impedimentum falconi. Sed si impedimentum tantum distet, quod falco possit capere gruem, antequam perveniat ad id impedimentum, et ille, qui stabilitus est prope impedimentum, non possit tam cito succurrere, ut expedit, expedit, ut statuatur alius, qui sit propinquior quam ille, qui erat prope impedimentum, et statuatur in tali loco, unde possit succurrere falconi infra illam distantiam. Si vero non possit statui in aliquo loco medio, quin per ipsum oporteat affugere grues, non est illic statuendus, sed stet prope

impedimentum simul cum alio, ut unus succurrat falconi et alias illic remaneat, expectans falconem et gruem, si contingat ire illuc.

De eodem. Si vero in loco, ubi sunt grues, sit planicies sine vento, et tamen cum aliquo impedimento predictorum, cavendus est ab illo impedimento et ab illis impedimentis, si plura erunt, hoc modo. Si non erunt plures homines, qui debeant esse stabiliti in circuitu gruum, nisi quatuor vel quinque vel sex, unus illorum, scilicet qui erit versus illud impedimentum, plus poterit distare a gruibus quam ceteri, et debebit approximare illi impedimento, quoniam, si grus fugeret versus illud impedimentum, ipse posset succurrere prius, quam grus posset inferre lesionem falconi. Si vero erunt multi homines preter illos, qui erunt in circuitu stabiliti, vadat unus versus illud impedimentum aut mittantur multi homines vel pauci ad id impedimentum, secundum quod ipsum maius est vel minus. Et isti homines, qui vadunt ad impedimenta, prevideant impedimenta, unde melius succurrere possint et transire, ut convenit. Et si impedimenta sunt talia, quod canis¹ possit melius succurrere quam homo, mittatur maior quantitas canum. Si vero est tale, quod homo possit melius succurrere quam canis, mittatur succursus hominum plus quam canum, et canes mittantur ad alia loca convenientia succursui canum circa. Et sciendum est, quod grus citius refugit ad illa impedimenta, quando non est ventus, quam ad aliqua impedimenta, que essent supra ventum, quando ventus esset fortis.

De eodem. Si vero locus, in quo sunt grues, sit declivitas collis et sit sine impedimentis et non sit ventus, debet ille, qui erit stabilitus stare versus vallem, multo plus distare a gruibus quam ille, qui erit versus excelsa collis. Quia sunt aves graves et ponderose, ipse grues retrahunt ad vallem [et] non leviter ascendunt. Velocius volant ad vallem quam ad altum.

De eodem. Si sunt grues, ubi sunt colles et habeant impedimenta, sive sit ventus sive non, et impedimentum sit ad partem vallis, maior pars hominum, qui debent succurrere, sempermittenda est versus impedimentum. Sed si impedimentum sit versus colles vel ultra, non

tantum erit curandum mittere illuc multos homines ad succurrendum propter id, quod dictum est.

De eodem. Et si locus, in quo sunt grues, habeat colles et tempus sit ventosum, ita quod ventus ab altitudine collis veniat versus vallem, ille, qui stabilitus est versus vallem, multo plus distare debet a gruibus quam distaret, quando non esset ventus, quoniam grus tunc habet duplex iuvamentum in volando illuc velociter, ventum scilicet et vallem.

De eodem. Item, quando collis est in loco, in quo sunt grues, bonum est semper, quod ex illa parte collis, scilicet in principio¹ descensus collis, mittatur unus ad standum illic cum cane, ut, si contingat, quod primus canis, qui insequitur gruem versus collem, amittat videre gruem propter oppositionem collis, scilicet quando grus transvolat collem fugiendo falconem, ille sit illic cum cane, ut canis iste insequatur gruem, et ipse succurrat falconi vel saltem sine cane, ut possit succurrere falconi.

De eodem. Si locus erit planus et sine impedimento et cum vento, debet ille, qui vadat ad iactandum falconem, studere, quod in complendo circuitum, quem restringendo faciat circa grues, quando stabit in loco iactus, veniat a parte gruum ad faciem falconis. Et quoniam ventus quandoque venit a dextris, quandoque a sinistris, quandoque ab anteriori, quandoque a posteriori, expedit, quod portet falconem in ea manu, cum qua minorem ambitum faciet ad hoc, quod sit in loco iactus contra ventum. Et debebit mittere falconem ad grues contra ventum.

DE UTILITATE IACTUS CONTRA VENTUM

Iactare autem falconem contra ventum est utile ad multa. Nam convenientius est falconi iactari contra ventum, quoniam ventus non potest tantum obsistere falconi quantum gruibus, falco enim habet minores alas et minorem personam quam grues, unde ventus veniens contra eas minus resistet ei quam gruibus.

De eadem. Item, et si falco iactaretur cum vento, esset impedimento iactui, quoniam ventus tunc a posteriori veniret falconi. Quando iac-

tatur contra ventum, grues non possunt volare velociter contra ventum quemadmodum cum vento, unde potest¹ succurri falconi citius 95^ab per homines et per canem.

De eadem. Item, quando iactatur contra ventum falco, qui sequitur et percutit, oportet, quod ipse grues diffugientes a falcone revolvant se ad volandum cum vento, et tunc redeunt versus hominem, qui elecit falconem, et versus illos, qui cum eo erant, et versus homines, qui stabiliti erant sub vento. Ex quo sequitur, quod a pluribus potest tunc succurri falconi.

De eadem. Item, si iactatur falco cum vento, grues volant multo velocius cum vento quam contra ventum, quoniam magnas alas habent, et semper tunc elongatur a cane et ab hominibus, unde, si falco capiet aliquam, capiet eam longe ab hominibus et poterit de facili incurrere lesionem. Et quando grues volant cum vento, raro unquam se revolvunt ad volandum contra ventum, quamvis falco insequatur et invadat et percutiat eas.

De eadem. Si locus est planus et cum impedimento et cum vento, illud impedimentum aut erit supra ventum quoad grues aut sub vento quoad grues aut erit collaterale vento. Si erit supra ventum quantum ad grues, sic iactandus erit collateraliter vento, quod falco vadens ad grues impedit eas, ut non habeant refugium versus impedimentum, et homo, qui iecit falconem, statim equitet velociter et interponat se inter impedimentum et grues [et iactet contra ventum]. Si impedimentum est sub vento, ponat se ad iactandum inter impedimentum et grues et iactet contra ventum. Si impedimentum est collaterale vento, ponat se inter impedimentum et grues et iactet contra ventum,¹ et sic 95^a impedimentum remanebit post ipsum et grues volabunt ad oppositam partem impedimenti. Attendendum est etiam, quod in iactando collateraliter vento semper impellatur falco cum manu contra ventum, quo cumque modo stant grues, pro eo quod naturale est avibus surgere contra ventum. Et si iactatur aliter quam contra ventum, propter malum iactum esset impedimentum volatui falconis.

De eadem. Si locus habet colles et sine impedimentis predictis et sine vento, sic iactandum erit, quod grues remaneant sub ipso iactante, et

ipse tantum ascendat ad collem, quod proiciat ab altiore loco, quam sit ille locus, in quo sunt grues, quoniam facile est falconi volare ab alto ad imum, et quavis grues surgant ad fugiendum, falco tamen facilius attinget eas, quando ab altiori volat ad eas.

- 5 De eadem. Si vero locus, in quo sunt grues, habet colles et sine impedimentis et cum vento, si nunquam ventus veniet a parte collis ad vallem, sic equitandum erit ad iactandum, quod a loco collaterali gruibus proiciatur falco. Nam si a loco directe medio inter collem et grues iactaretur falco, in eo esset bonum, quod iactus esset ad inferiora, et in eo esset inconveniens, quod esset iactus cum vento et ventus veniret a tergo falconum.

De eadem. Si vero a loco inferiori, quam sit locus, in quo sunt grues, iactaretur falco, esset conveniens in eo, quod talis iactus esset contra ventum, et esset inconveniens in eo, quod iactus esset contra collem.

- 96b 10 Propter hoc' sic iactandum est, quod talis iactus sit collateralis vento et colli, et sic nec totaliter erit cum vento nec contra collem.

- De eadem. Si vero ventus veniet a valle ad collem, iactandum erit ab altiori loco, quam sit locus, in quo sunt grues. Et habebitur in hoc duplex iuvamentum, unum, quod iactatur falco ad grues contra ventum, aliud, quod iactatur ad decliva collis.

- 25 De eadem. Si vero ventus veniat collateraliter colli, equitandum erit collateraliter colli ex alia parte, quam unde venit ventus, et ascendendo altius quam sint grues, iactetur falco, et sic habebit iuvamentum de loco, quoniam ab altiori loco iactabitur et quodammodo contra ventum.

- De eadem. Si vero locus, in quo sunt grues, habeat colles et cum impedimento, tamen sine vento, si impedimentum sit sub colle et sub gruibus, ita iactetur, quod nec totaliter contra collem nec dimittatur impedimentum totaliter retro, quantum plus poterit dimitti. In aliis 30 vero dispositionibus loci, quocumque modo se habeat impedimentum, semper impedimentum dimittatur a tergo iactantis.

De eadem. Si vero locus, ubi sunt grues, habeat colles et aliquid impedimentum et sit ventus, si situs impedimenti sit sub colle et grues

sint inter impedimentum et collem, ille ventus aut veniet a colle ad impedimentum aut econverso aut collateraliter utriusque. Et si situs documenti sit supra grues et supra collem, ille ventus aut veniet a colle et nocumento ad grues aut econverso aut collateraliter gruibus. Et si situs impedimenti sit collateralis gruibus, scilicet neque supra colle neque infra colle, ille ventus aut veniet a gruibus¹ versus impedimentum aut econverso aut collateraliter gruibus et nocumento, et hoc duobus modis, a colle aut ad colle.⁵^{96^a}

DE NOCUMENTIS EVITANDIS

Quando itaque nocumentum erit supra grues et supra colle et ventus veniet ad colle, ascendendum erit ultra grues et iactandum erit ita, quod impedimentum remaneat post iactantem, et sic falco volabit ad inferiora et contra ventum. Et hoc convenienter flet, si habebitur locus inter impedimentum et grues. Et si non habebitur locus inter impedimentum et grues opportunus ad iactandum, iactetur collateraliter gruibus et colli, ita tamen, quod impedimentum remaneat post iactantem, quanto plus poterit remanere.¹⁰

De eisdem. Si vero nocumentum sit collaterale gruibus et ventus ve-
niat a gruibus ad impedimentum, ponat se homo inter impedimentum
et grues et iactet, quia [sic] totum impedimentum remaneat a posteri-¹⁵
ori, et in hoc iactetur contra ventum.²⁰

De eisdem. In ceteris vero modis, si sit nocumentum, sic iactetur,
quod impedimentum retro dimittatur aut saltem, quanto plus poterit,
collateraliter, ita tamen, quod caveatur, quanto plus poterit caveri,
ne iactetur cum vento, sed contra ventum vel saltem collateraliter vento,²⁵
et quanto ventus erit validior, tanto magis cavendum, ne cum vento
iactetur.

DE NON IACTANDO FALCONE CUM EST VALIDUS VENTUS

Ordinatis et statutis hominibus in ceteris locis in circuitu gruum ad succurrendum falconi, ut dictum est, poterit homo, qui portat falconem, accedere versus grues ad iactandum falcones ad eas. Et non debet accedere ad iactandum nec debet iactare falconem novicium, quan-³⁰

do validus ventus erit, neque in locis, in quibus sint impedimenta,
96^b ne per hoc inconveniens aliquid' accideret falconi, neque iactare debet,
nisi homines singuli perveniant ad sua loca statuta sibi. Et hoc mo-
do vadat ad iactandum, ut ducat secum quanto pauciores homines
5 poterit. Et si non poterit habere gruem vivam et habebit aliquam mor-
tuam, que capta fuerit per aliquem falconem gruerium, aut alio quo-
cumque modo habeat illam, portet secum, cum de ea pascet novi-
cium, si contingat, quod non capiat gruem, ad quam iactatus fuerit.
Et unum loyrum et carnes meliores, quas habere poterit, et unum
10 canem aut duos ducat secum succursores, si poterit, ut, si unus
canis non poterit discernere, quam gruum falco elegerit, qui iactatus
est ad multas grues simul, aliis possit discernere, vel, si unus canis
forte ceciderit vel aliquis dumus sibi in via resisteret vel aliud impe-
dimentum habuerit, per quod ad succurrendum transire non possit,
15 aliis perveniat. Vel si duo falcones iactati erunt simul ad multas
grues, accidere posset, quod unus falco insequeretur unam et aliis
aliam, et similiter, quod unus canis succurreret uni falconi et aliis
alii. Vel si ambo canes perveniant et unus velit excutere gruem vel as-
portare, aliis canis, retinens eandem gruem, nec permettit ita fortiter
20 excutere gruem nec asportare. Aut si alie grues perveniant ad adiu-
vandum hanc, que detinetur a falcone et ab uno cane, poterit contingere,
quod aliis canis capiet unam de illis gruibus, que veniunt ad adiu-
vandum detentam.

DE MODO EUNDI AD IACTANDUM FALCONEM

25 Et non equitet directe ad grues, sed circumdet eas a longe et circueundo
approximet paulatim ad eas, constringendo semper ambitum circu-
larem, et respiciat semper ad grues, an faciant illa signa expectandi,
97^a que^l dicta sunt, et secundum quod videbit illa signa plura vel pauciora,
peiora vel meliora, sic approximet plus vel minus. Nec properet iactare
30 falconem, maxime novicium, donec perfecte cognoscat per signa supra-
dicta, quod grues expectare debeant et quod, iactato falcone, non exur-
gant a remotis magis, quam conveniens sit tali falconi, nam si sic
esset, posset inde accidere falconi aliquod inconveniens.

DE IACTU AD GRUES

Et quamvis in gruibus videantur bona signa expectandi, que dicta sunt, si homo perveniat ad locum iactus, tamen videndum est, quod non iactetur falco ad grues, quando una vel plures vel omnes aspicient ad illum, qui iactat, quoniam, videndo falconem exire de manu, si tunc iactetur, accideret, quod grues affugerent. Sed iactandum est, quando declinaverint capita sua in terram vel quando nulla illarum aspiciet hominem, qui iactat, quia tunc melius expectant.

DE UNO MODO EQUITANDI AD IACTUM

Dum vero circuibit, et quando ibit ad iactandum falconem et quando iactabit falconem, equitare debet uno modo deambulatione ipse et qui cum eo equitant. Tunc illi, qui equitant cum eo, equitent unus post alium ita, quod non sit spatium inter eos, neque aliquis eorum sistat, quoniam hec diversitas posset facere surgere grues. Neque debet mutare deambulationem in velociorem neque in tardiorem, neque debet sistere gradus, quia grues propter huiusmodi mutationes sepius surgere consueverunt et abvolare. In restringendo autem debet sic complere circuitum, quod sit in tali loco, quod possit iactare versus illam partem, in qua scit esse meliores succursores, tam homines quam canes.

QUOMODO DEBET INTERPONERE PERSONAM [SUAM] FALCONI NON PORTANTI CAPELLUM

Item circueundo, si falco est de illis, qui non usi sunt portare capellum,¹ debet imponere personam suam inter falconem et grues sic, quod falco non possit videre grues. Et si pro hac interpositione persone non dimittit, quin se diverberet ad grues aut inquietet, detur sibi tiratorium et fiat eadem interpositio persone. Tanto autem prius, quam perveniatur ad locum iactus, removeat tiratorium, quod ipse falco relaxat pedes suos super manum de strictura illa, quam fecerat propter tiratorium et propter aviditatem comedendi, et quod primo se executiat et egerit, si voluerit, et se preparet ad volandum. Et hic locus, unde iactari debet falco, sit tantum distans ad plus a gruibus, quanta erat distantia, unde iactabatur falco ad traynam. Et quanta erit minor di-

stantia, dummodo propter approximationem hominis aut perceptio-
nem iactus falconis non aufugiant grues, tanto melius erit. Si igitur
videbit, quod falco affectet volare ad grues, quod cognoscet in hoc,
quod, ostensis gruibus falconi, falco distinget pennas ad se, exacuet
visum in grues, aut flagellabit aut diverberabit se, excutit se et egerit,
si facere hoc voluerit, ad eundum ad grues, priusquam diverberet se
illuc, si fieri poterit, iactetur et cum manu impellatur. Nam si multum
diverberaret se et deinde iactaretur ad grues, amitteret voluntatem ex
intentione, que fuerit, et fatigatus inde debilius volaret ad ipsas.

10 QUOMODO DEBET FIERI PORTANTI CÆPELLUM

Si vero falco est de portantibus capellum, non tollatur capellum, do-
nec sit prope locum, a quo debet emitte. Et tunc removeatur capellum,
ut, priusquam perveniat ad locum iactus, falco se excutiat et egerat et
97^a preparat se ad volandum, quoniam, si tantum differetur remotio ca-
pelli, donec esset¹ in loco iactus, prius preteriretur locus, quam falco
faceret supradicta, quoniam deambulatio non est permittenda neque
sustinenda est, dum hec omnia fiant, et dum falco iactatur propter
causam supradictam.

DE IACTU

20 Cum itaque, remoto capello, fecerit supradicta, si voluerit et affecta-
bit volare ad grues, emittatur, ut dictum est, de manu et impellatur
cum manu iactante ipsum.

DE CĀNIBUS NON STĀTIM DIMITTENDIS

Iactato falcone ad grues, pro eo quod novicius est, non statim dimit-
25 tendi sunt canes, quoniam possunt facere surgere grues, priusquam
esset conveniens falconi, et posset falco timere de cane currente sub
ipso et perdere voluntatem, quam habebat eundi ad grues, si est de
illis, qui timent de canibus.

QUOMODO DEBET EQUITARE AD SUCCURRENDUM

30 Postquam vero falconarius emiserit falconem ad volandum et canes ad
succurrendum, non debet mutare deambulationem suam neque currere
versus grues, nisi prius videat de gruibus, cuius maneriei sunt. Nam

si erunt grues, que expectant et non surgunt, donec falco sit propinquus eis et quod perveniat illuc illis surgentibus, debet et tunc ille, qui lecit falconem, currere versus grues ad succurrendum falconi. Et si grues expectant in terra et non surgunt neque pro falcone neque pro cane, debet tunc ipse currere velociter versus grues et non vociferare, ne propter vocem falco credit se debere loyari. Currat autem, ut faciat eas levare, priusquam falco inveniat eas in terra, quia, si falco inveniret eas expectantes in terra et nondum elevantes a terra, posset accidere, quod, quando vellet percutere aliquam de gruibus, ex suo impetu veniendi percuteret terram^a fortiter se ipso, et hoc esset 97^b falconi dampnosum et periculum. Et per hoc vel non posset surgere vel cum difficultate resurgeret ad sequendum et invadendum grues iterum, vel aliud impedimentum posset falconi accidere, vel falco remaneret in terra.

DE SUCCURSU A STABILITO

15

Et statim, quod grues fugientes falconem volant versus aliquem de stabilitatis, ad succurrendum ille, versus quem volant, non stet in loco suo neque expectet, sed precurrat velociter versus partem illam, ad quam videtur ei, quod volare debeant omnes, si falco insequitur omnes. Si falco unam illarum elegerit et ab aliis separaverit et eam insequatur, ipse precurrat illuc, quo videtur ei, quod fugiat illa, ut citius succurrere possit falconi. Nam si staret, donec grues, quas falco insequitur, vel grus illa transissent, in quo stat, locum cito elongarent tantum, quod non posset succurrere falconi, ut convenit. Canem autem, si quem tenebit, debet dimittere et allicere, ut currat secum ad succurrendum falconi.

20

25

DE FALCONE QUI VOLAT AD GRUES

De falcone vero, qui volat ad grues, sic dicendum est. Ipse falco aut capiet gruem aut non capiet aut retinebit aut non retinebit. Si capiet et retinebit, ille, qui currit ad succurrendum, non currat directe versus falconem, sed a latere. Nam si curreret directe, posset accidere, quod non posset retinere equum currentem impetuose, ex quo sequeretur, quod equus posset pessundare et suppeditare falconem. Quando erit

30

propinquus, descendat de equo et accedat illuc velociter, et si canis
tenuerit gruem, amoveat canem, non increpando ipsum, sed blan-
98a diendo. Et tunc accipiat ambos pedes gruis et simul iungat et extendat
in terram in longum ad posterius et supponat unum pedem suum
5 ambobus pedibus. Deinde rostrum gruis infigat in terram usque ad
oculos et, pectore gruis exeunte desuper, teneat utramque alam cum
manibus suis et permittat tunc falconem deplumare super gruem. Et
iterum aperiat ventrem gruis inferius, ubi terminatur pectus, qui lo-
cus dicitur ovaria, et inmittat manum suam intus usque prope furcam
10 pectoris et extrahatur id membrum, quod per se movetur intrinsecus,
id est cor, quod etiam extractum diu movetur motu suo naturali se-
cundum dilationem et constitutionem, et id membrum det falconi ad
comedendum super gruem. Deinde aperiat pectus gruis cum cultello
et permittat pascere falconem super pectus gruis. Cor autem id primo
15 extrahitur et datur falconi, quia citius moritur grus per extractionem
illius membra quam per alicuius ceterorum intrinsecorum, et dum
vivit, periculum est falconi, ut ledatur ab ea. Et si falco pasceretur
de pectore gruis, non extracto corde, exuberaret sanguis et saliret in
altum in tantum, quod sordidaret falconem.

20 DE CIBO SUMENDO SUPER PECTUS GRUIS

Quantitas autem cibi, quam sumet super pectus gruis, sit tantum,
quantum dabitur sibi ad traynam. Illo die consequenti quiescere de-
bebit et in tertio iterum volare ad traynam. Et [si] per hoc sine lesione
sui ceperit gruem, tantum pascatur illo, quod in sequenti distinga-
25 tur, ut in tertio volare possit ad grues. Si vero falco multum fatigave-
rit aut lesus fuerit a grue repugnante, dabitur falconi minor quan-
98b titas cibi, quoniam falco fatigatus et lesus minus potest¹ digerere.

DE AVIBUS QUE IUVANT ALIAS SUE SPECIEI

Sunt enim quedam aves non rapaces, que iuvant alias sue speciei, ut
30 grues gruem, anser anserem, cornices cornicem, corvus corvum, sic
sunt, que non iuvant, ut columbi, fasiani, perdices et huiusmodi, que
non iuvant captam neque volant contra aves rapaces invadentes so-
cios.

DE CÄUSIS QUARE NON RETINET GRUEM

Et si falco accipiet gruem et non retinebit, aut hoc erit per aliquod impedimentum, quod erit ex loco, in quo cadet, aut propter fortitudinem gruis aut propter alias grues adiuvantes captam aut propter pinguedinem falconis, qua nolet pugnare cum ea, ut eam retineat, aut propter defectum succursus aut propter aquilam supervenientem.⁵

SI PER LOCUM ERIT IMPEDIMENTUM

Et si non retinebit eam pro impedimento loci, accedat falconarius cito ad falconem, et si secum portaverit aliquam gruem, illam extendet in terram et teneat, ut dictum est, ante falconem, et permittat ipsum occidere gruem et deplumare et pascere de ipsa, si carnes gruis fuerint bone. Si vero non fuerint bone, habeat carnes bonas, de quibus, latenter submissis et porrectis falconi super gruem, pascet falconem, sicut dicebatur debere fieri in trayna. Carnes autem gruis cognoscentur esse bone, si, extracto corde, circa auriculas eius affuerit pinguedo in circuitu cordis, ut dictum est. Si vero falconarius non habuerit gruem, accedat ad falconem, ubi stabit, et accipiat loyrum et retinendum loyri dorsum desuper ostendat loyrum falconi, non vociferando, non iactando loyrum, sed tenendo prope se, ut falco credat esse gruem et non discernat' esse loyrum. Et permittat ipsum ascendere super loyrum, prius inde remotis carnibus, si que erant ligate cum loyro, et postquam falco ascenderit super loyrum, permittat ipsum deplumare. Et postea accipiat falconarius meliores carnes, quas tunc habebit, et submittat manum cum carnibus sub loyro, ita quod expellat carnes per medium pennarum super loyrum, non apparente manu, et pascat ipsum. Si vero, postquam grus evaserit, falco non sederit, sed volabit circum circa, vel redeundo ad falconarium, debet falconarius currere versus falconem, et postquam erit sub eo, debet descendere de equo, et non debet vociferare neque proicere loyrum, sed debet retinere loyrum in manu sua, ac si esset una grus, et movere loyrum prope terram et facere cetera, sicut dictum est. Et si habuerit gruem aliquam vivam, faciat de grue sicut de loyro, sed cum sinistra manu teneat super terram pedes gruis, et cum dextra rostrum, et si dorsum sit desuper, non potest nocere cum pedibus falconi, et pascat ipsum de^{98'a}
²⁵
³⁰

hac grue, ut dictum est. Et post hoc faciat falconem quiescere aliquot diebus secundum quantitatem laboris, quam habuerit ad gruem.

SI PER FORTITUDINEM

Si vero propter fortitudinem gruis non potest eam retinere falco, grus illa aut ledet eum aut non ledet. Si non ledet eum, fac ipsi, ut dictum est supra. Si ledet ipsum, fiat ipsi, quidquid siebat alii, et tantum plus, quod permittatur quiescere, donec sanetur a lesionibus. Et iterum debet impinguari, ampliori cibo dato, quo usque sanus sit, ita quod postea restringatur paulatim. Quies vero datur huic, ut sanetur et obliviscatur 98^ab lesiones, et postquam sanus est, adhibeatur fames, ut per' eam avidius affectet gruem capere et negligat, quidquid mali sibi primo acciderat.

SI PER PINGUEDINEM

Si vero propter pinguedinem, quam habet falco, non retineret eam neque curat pugnare, ut retineatur – et hoc cognoscitur in hoc, quod non invadit neque percutit eam acriter, aut in hoc, quod, si ceperit eam et ad terram ceciderit cum ipsa, non conabitur ad retinendum eam, aut in hoc, quod, si evadit grus, postquam ceciderit in terram, non surgit falco ad insequendum gruem – huic falconi nullum aliud est faciendum, nisi quod distingatur plus fame in tantum, quod avidius invadat, percutiet et retineat, et sentitur etiam tactu pinguior, eo quod debet esse.

SI PER DEFECTUM [SUCCURSUS]

Si vero propter defectum succursus non retinebit eam, fiat huic falconi, sicut ei siebat, quando evaserat propter fortitudinem suam, considerando similiter, si lesit eum grus vel non lesit. Et alia vice sic statuantur succurores, quod non possit evadere propter defectum succursus, longius scilicet aut proprius, secundum quod videbit succurores prius male statutos fuisse.

DE EADEM DIFFINITIONE

Tunc autem dicimus propter defectum succursus gruem non fuisse retentam, quando falco tamdiu pugnavit cum grue, quod de facili po-

tuisset ei succurri et non succurrebatur, propter fortitudinem autem gruis dicimus gruem non fuisse retentam, quando falco pugnat cum grue et non posset eam retinere interim, quod posset de facili ei succurri.

De eadem. Item, quando pinguis et non retinet eam, sed circum circa 5 volabit et redibit ad falconarium et falconarius percipiet, quod hoc redire trahit in consuetudinem, ut pascatur a falconario, non statim falconarius porrigit ei loyrum, neque statim pascat ipsum, sed aliquamdiu expectet, priusquam pascat, nam per hoc alias plus insequeretur gruem.¹

99a

DIFFINITIO DEFECTUUM DE NON DOCTO

Si vero non capiet gruem, hoc erit, aut quia non fuit doctus ad traynam, quantum debuit, aut quia est pinguior [plus] debito, aut quia est macilentus nimis, aut quia timet pro aquilis et vulturibus, aut quia dimittet gruem pro altera ave - et hoc appellatur concambium - 15 aut quia grus potenter vel ingeniose evadet ab ipso.

15

DE COGNITIONE DE NON DOCTO

Si non capiet gruem, pro eo quod non fuit sufficienter edoctus ad traynam, cognoscetur in hoc, quod non erit pinguis neque percutiet gruem, aut lente invadet et lente percutiet. Huic falconi, si non consentit volare ad gruem cum alio falcone, nullum aliud est faciendum, quam quod iterum doceatur ad traynam, incipiendo ab eo, ubi perfecte non erat traynatus, et compleat in ipso, quidquid deerat de trayna, usquequo scilicet avide et audacter capiet gruem.

20

DE NON DOCTO

25

Si vero consentit volare ad gruem cum alio falcone, non erit opus remittere ipsum ad traynam, sed debet volare cum alio falcone consentienter, instructo et assueto iam capere grues, sicut docebitur infra. Nam per hoc, quod doctus capiet coram ipso gruem et ipse novicius capiet eam cum eodem, assuescit postmodum solus capere gruem.

30

De eadem. Si vero non capiet gruem, pro eo quod est pinguior ultra id, quod debet, distringatur falco fame per aliquot dies, nam inde fiet animosior et avidior capere gruem.

De eadem. Quando fuerit pinguior plus debito, cognoscetur in eo, quod, si perfecte fuerit traynatus secundum modum, quem diximus, et noluerit volare ad gruem eo modo, quo volare consueverunt illi, 99b qui traynati perfecte fuerunt.¹

De eadem. Si vero non capiet gruem, quia est nimis macilentus, impinguetur amplius, quantum sit id, quod sufficit sibi ad volandum, 10 et postea per aliquot dies distringatur fame, ut famem ex hoc habeat et non debilitatem.

DE MACILENTO

Quando macilentus est plus debito, cognoscetur hoc modo. Huic falconi, postquam exibit de manu, pendebit cauda, ducet alas lente et non volabit, ut solebat, et quamvis ducat alas velociter, non tantum cito volat, ex quo accidit quandoque, quod non potest pervenire ad gruem. Et esto, quod perveniat, toto posse invadet eam, tamen vix potest pugnare cum ea et retinere eam pro debilitate, quam habet ex macie. Et esto, quod perducat eam usque ad terram, quando grus evadit, ipse non potest resurgere ad persequendum gruem vel vix potest, quamvis volitet et temptet resurgere. Et esto, quod surgat, non poterit pervenire ad illam.

DE TIMENTIBUS [DE] AQUILIS

Si vero non capiet gruem, pro eo quod timet de aquilis, vulturibus et aliis magnis avibus rapacibus desuper volantibus, caveatur, quod non iactetur, nec in loco, in quo consuete sunt huiusmodi aves rapaces volare, nec etiam ea hora, in qua consuescunt volare et circumferri per aera desuper.

DE COGNITIONE QUARE TIMET AQUILAS

30 Quando vero propter aquilas aut alias aves, de quibus timet, non capiet gruem, cognoscetur in hoc. Excutiet caudam, divertet a via sequendi grues, et de huiusmodi falconibus aliquis erit, qui aperiens

caudam circumvolabit, et aliquis erit, qui affugiet, ubi magis credit esse securus.

DE DIMITTENDO GRUEM PRO ALIA AVE

Si vero non capiet gruem, quia dimittet eam pro alia ave, ipse igitur falco aut capiet aliam avem aut non.¹ Si capiet et sit bistarda aut ciconia alba aut nigra aut de generibus aironum, quoniam sunt magne aves et non inveniuntur in magna copia de ipsis, pascatur de tali ave, sicut pasceretur de grue: de bistarda, quoniam est avis magna, de ciconia et airone, quoniam similantur grui in volando et sunt magne. Et si avis, quam capiet in cambio gruis, sit aliqua de generibus anserum aut alia avis minor ansere, quoniam de talibus magna copia habetur in campis et valde sunt dissimiles grui in quantitate et figura, non pascat ipsum falconem aliquo modo de ipsa ave, nec pascat ipsum statim, cum ceperit, sed differat. Si vero non capiet avem, pro qua dimisit gruem, revocatus ad loyrum non pascatur statim, nisi haberetur aliqua grus, de qua posset pasci.

De eadem. Item, si non capiet avem, pro qua dimisit gruem, et sit illa avis de maioribus, de quibus falco pasci deberet, si cepisset, descendat falconarius de equo et recolligat faiconem cum loyro et pascat, sicut, si insecurus esset gruem, sicut dictum est, recolligatur. Et si avis sit de minoribus, de quibus pasci non debet, etiam, si cepisset, iactetur ei loyrum equitando et non pascatur.

De eadem. Astutiam et acumen ingenii gruum experti sumus quandoque tantam, quod videns posset credere eas habere rationem. Nam postquam iactaveramus nostrum girofalcum ad eas et ipse iam segregaverat unam a societate illarum et persequebatur segregatam et fortuitu grus videbat vultures stantes in campis, ipsa configiebat illuc et stabat¹tuta inter eos, nam girofalcus extunc non audebat invadere ipsam, tamquam si grus scivisset, quod girofalcus vultures crederet esse aquilas, ad quas non audet accedere.

De eadem. Item, si prima vice falco, quando iactatur ad gruem, non ceperit eam, melius erit, quam si ceperit eam cum aliqua lesione sui, quoniam, quando non capit prima vice, cognoscetur melius, propter

quod accidat et quid erit sibi proinde faciendum, et falco erit animosior alia vice ad gruem, quam si cepisset et fuisset Iesus aut fatigatus, sive retenuisset eam sive non. Falconarius postquam inceperit girofalcum iactare ad gruem, non interpolet iactare ipsum ad gruem per multos dies, quoniam spatio temporis perdere possit voluntatem volandi ad gruem, sed continuet iactare girofalconem ad plus de tertio in tertium diem.

De Duobus falconibus simul lactandis

Hactenus dictum est de falcone novicio, qui scilicet incipit volare ad grues et qui non consentit volare cum alio falcone. Et idem modus traynandi et faciendi cetera, que oportet fieri, ut dictum est, habeatur etiam de falcone, qui solus volare debet, quamvis etiam consentiret. Nam illi, qui consentit volare cum alio adiuvante ipsum in principio, pauciora sufficient de trayna, si haberetur indigentia gruum, tamen si plures haberentur grues et perficeretur ad traynam in omnibus, que dicta sunt, melius esset. Sufficiet enim, quod doceatur ad traynam, ut dictum est. Quousque volet ad traynam de grue, que grus currat pedes allitando solum, non de facili poterit addiscere et operari, que sequuntur.¹ Si igitur habetur aliquis falco gruerius, qui scilicet iam ceperit grues et sit, de quo habeatur fiducia, quod capit gruem, qui etiam consentiat volare cum alio, fiet hoc modo. Prima vice, quando debet iactari iste novicius, ibunt duo falconarii simul, unus portabit novicium et alius portabit iam instructum. Et iactabitur ille falco, qui iam doctus est capere grues, et quando videbitur, quod iam deduxerit gruem ad hoc, quod grus non possit evadere et alie recesserint, tunc aliis iactet falconem novicium, ita quod intersit in captione gruis vel saltem videat ipsam capi. Qua grue capta, aut illi, qui iecerunt falcones, aut aliqui de successoribus accedant illuc, et qui primo currit, subveniet. Et si ambo falcones erunt super gruem, ponatur aliquid inter utrumque falconem, per quod se non videant, et falconem doctum, preferendo sibi cor gruis capte, amoveat desuper gruem, quanto sua vius poterit amoveri, et novicius doceatur super gruem. Et falconarius ponat personam suam inter falconem et gruem, si falco non erit

usus capello. Postquam comederit cor gruis, imponatur etiam capellum, et post hoc pascatur falco novicius de grue, ac si cepisset eam, et, remoto novicio, apportetur instructus falco super gruem et compleatur sibi pastus suus super eandem gruem. Si igitur falco doctus, animosus et usus capere gruem in brevi, [capiet eam cito], simul ibunt isti duo falconarii, et primus iactabitur falco doctus, ut dictum est. Et ista prima vice non iactabitur novicius, donec deducta sit grus ad hoc, quod non possit evadere, et secundum quod videbitur, quod novicius libenter secutus¹ fuerit alium, sic prima vice poterit iactari citius. Alia vice, quando falco doctus iam elegerit unam de gruibus sibi et illam solam insequetur, si plures fuerunt, tunc iactari poterit novicius, si bene secutus fuerit alium prima vice. Alia vero vice, quando falco doctus volaverit usque ad medium viam versus grues, iactari poterit novicius falco. Et postquam videbitur, quod novicius iam animatus est ad capiendum gruem, scilicet quod animose vadat et percutiat gruem et faciat posse suum, [et] postquam fecerit hoc pluribus et bene sibi acciderit inde et aliquot grues suis pedibus ceperit primo, quamvis aliis in hoc iuvaverit ipsum, aut ipse per se separaverit et ceperit aliquot vicibus, iactari poterit solus ad gruem.

DE FALCONE DOCTO

Si vero falco doctus non est de illis falconibus, qui animose et cito capient gruem, sed est de illis, qui timide et tarde capient gruem, scilicet qui diu insequuntur gruem, priusquam capiant . . .

DE MODO IACTANDI FALCONEM NOVICIUM POST DOCTUM

Alius modus est iactandi falconem novicium post falconem doctum, talis scilicet, quod isti duo falconarii non debent equitare simul, sed ille, qui portat falconem novicium, premittatur ad illam partem, ad quam consideratur secundum locum et secundum tempus, quod grues ire debeant. Et postquam erit illic et absconderit se, ut pro ipso grues non divertant, et falco doctus debet iactari versus ipsum. Postquam erit iactatus et grues affugient illuc et falco doctus unam separaverit ab aliis, quam persecuetur, tunc, inquam, iactari poterit novicius versus illam, non contra ipsam, sed lateraliter. Nam si iactabitur ap-

proximiori loco versus gruem, forte timeret de ea vel illa posset ei de facile nocere, et falconis natura est libentius sequi avem a posteriori.
100^a Et hoc fiat aliquibus diebus, donec videatur, quod a longe persequatur gruem et socium adiuvet. Et extunc poterunt ambo falconarii simul 5 equitare ad iactandum, quemadmodum siebat de novicio volante cum falcone docto, qui animose et cito capit gruem.

De eodem. Dictum est, quomodo novicius docetur volare cum falcone docto et per ipsum doctum. Et ille, qui portat instructum, precedat et vadat ad iactandum, qualiter dictum est supra, et tantum prius iactet 10 falconem instructum, quod ipse falco separat unam ab aliis gruibus. Et postquam alius perveniat et, quod sequitur, videat, quando separatur grus per illum, quia, si sequitur primum, et ibunt ambo ad eandem gruem. Et si hoc ordine non iactaretur, sed simul, accidere posset, quod unus falco unam de gruibus separaret et alius aliam et non haberetur propositum: non iuvaretur novicius per instructum, et posset inde male accidere novicio. Et quanto erit maior multitudo gruum, tanto tardius iactari debet novicius post primum, minus enim potest discernere novicius separationem unius a tanta multitudine facta per instructum, et inde instructus tardius separaret unam de multis 20 quam de paucis. Sed si inveniatur unica grus, quod raro accidet, ad quam debeant iactari ambo, prius iactetur instructus et paulo post ipsum novicius. Qui quamvis non possent quisque sequi suam, non tamen simul iactandi sunt nec tam cito novicius post instructum, quod, quando in volando essent propinqui, unus posset forte animari ad invadendum alium.

De eodem. Si forte novicius sit adeo animosus, quod nolit sequi instructum, sed per se ipsum velit invadere quamcumque, non attendens 100^b illi, quam persequitur falco prestructus...¹

QUOMODO DEBET FIERI SI NON HABETUR ALIQUIS FALCO DOCTUS

Si vero non habebitur aliquis falco doctus ad grues et habeantur duo vel plures consentientes, qui debent volare et non sint gruerii, quibus 30 istorum primus pertraynetur tantum, quantum si solus per se vo-

lare deberet ad gruem. Quo facto, de illis pluribus duo tantum eligan-
tur, qui animosius iverint ad traynam, et illi duo primo iactandi
erunt ad grues, et siet hoc modo. Stabilitis successoribus, sicut pre-
dictum est, quod debeant stabiliri, ille, qui animosius de duobus vo-
lavit ad traynam, primo iactetur ad grues et alius post ipsum, sicut 5
fiebat de gruerio prius et post ipsum de novicio, ita tamen, quod, si
grus inveniatur unica, iactentur ambo eo modo, qui dictus est. Et si
grues erunt duo aut plures, ille, qui de duobus animosior est, tantum
preiactetur, quod quasi sit in media via a loco, in quo iactatur, usque
ad locum, in quo erant grues, et tunc iactetur alius, ita quod non pos= 10
sit pervenire illuc, antequam primus separaverit unam de gruibus.
Nam si iactaretur statim unus post alium, posset accidere, quod uter-
que vellet sibi eligere unam, et sic neuter iuvaret reliquum. Et si grues
erunt plures quam due, secundus tardius deberet iactari quam secun-
dus supradictus, quoniam falconi facilius est sequestrare unam de 15
duabus quam unam de pluribus, et suus mos falconum est volare
libentius ad avem, quam aliis falco persequatur, quam ad aliam,
quam nullus falco sequitur. Videtur enim sibi, quod ad eam vadat, non
ut laboret ad capiendum, sed ut pascatur de ipsa.

De eodem. Et postquam isti duo falcones erunt docti volare simul eo 20
modo, quo dictum est, poterunt alii falcones per istos, scilicet vel per
ambos tertius [vel] per unum¹ tantum alias novicius edoceri, per illum 101a
scilicet, de quo magis est confidendum in hoc.

DE ILLIS QUI CONSENTIUNT INVICEM

Inter naturas falconum, qui minus consentiunt consentire ad indi- 25
cem et volare simul, sunt girofalcet et sacri, qui, quamvis aliquando
consentiant in volando, tamen raro inventi sunt, postquam ceperint
avem quamcumque, si non aderunt successores cito, quin se invicem
cipient et quin avis, quam ceperint, evadat. Propter hoc non debent
iactari sepe simul, tam de girofalcis quam de sacris, verumtamen, ubi 30
opus erit, duo simul iactari poterunt, ut unus per alium instruatur,
et tertius cum istis sine periculo iactari non poterit. De peregrinis
tamen et gentilibus, quia non adeo fortes, non adeo sufficientes capere

predam quemadmodum girofalcet et sacri, convenientius poterunt iactari simul usque ad tres, et grus non poterit evadere tam de facili. Et postquam erunt doctrinati volare simul et consentire, ut dictum est, et quisque per se in capiendo avem fecerit posse suum, tunc poterit 5 per se quilibet sufficienter volare ad gruem. Si consentiunt per se aut docti sunt consentire tantum, ut per se sufficiat quisque volare ad gruem, oportet, quod non volent assidue simul, nam si assidue volarent simul, fierent inde vitiosi, ita quod querentes adiuvari unus per alium, solus per se volare non vellent, et non possent diu volare 10 simili, quia cuperent se invicem super gruem, precipue, si sunt de girofalcis aut sacris, ut dictum est.

De diversis volatibus falconum ad grues stantes et volantes

15 **Q**uoniam falcones diversi diversimode volant ad grues stantes, diversimode volant ad grues volantes et huiusmodi volatus omnes non eque sunt approbandi, conveniens est¹ dicere diversos volatus falconum ad grues stantes et ad volantes, quatenus sciatur, quis volatus magis erit approbandus, de quo scilicet maior spes haberi poterit.
20

DE MODIS VOLANTIUM

Falconum itaque volantium ad grues stantes quidam volant alte, quidam inferius, quidam inter utrumque. Horum volantium quidam volant alte et directe et cito, quidam alte et directe et lente, quidam alte et indirecte et cito, quidam alte et indirecte et lente.

25 DE VOLANTIBUS IME ET PROPE TERRAM

Volantium vero ime et prope terram quidam volant inferius prope terram et directe et cito, quidam vero volant inferius et directe et lente, quidam inferius et indirecte per transversum et cito, quidam vero inferius et per transversum et lente.

30 DE VOLANTIBUS IN MEDIO

Volantium vero in medio, hoc est, neque nimis sublime neque prope terram, sed in ea altitudine, in qua erant super manum, quidam vo-

lant in medio et directe et cito, quidam in medio et directe et lente, quidam in medio et per transversum et cito, quidam in medio et per transversum et lente.

DE ILLIS QUI VOLANT ALTE

Illi itaque, qui volant alte, directe et cito, hoc faciunt, ut in suo volatu ⁵ et citius attingant gruem, quam volunt, postquam surrexerint, et ut ipsam percutiant fortius.

DE ILLIS QUI VOLANT PER TRANSVERSUM

Volantes vero per transversum seu indirecte et cito hoc faciunt, ut accipiiant ventum, prout sibi convenit, si falco non iactetur in oppositione ¹⁰ venti.

DE ILLIS QUI VOLANT PER TRANSVERSUM ET LENTE

Volantes vero lente et per transversum hoc faciunt, ut habeant ventum, et ut grues surgant, quia timent illas invadere in terram.

DE VOLANTIBUS PROPE TERRAM

15

Volantes vero prope terram hoc faciunt, ut gruem inveniant stantem in terra et non volantem, quemadmodum inveniebant in trayna.

De eisdem. Et qui lente vadunt, timent eam invenire stantem in terra.¹ ^{101^a}

De eisdem. Et qui cito vadunt, faciunt hoc, ut velociter attingant gruem, non curantes an surrexerint an stent. Qui vero prope terram volant ²⁰ et per transversum, faciunt propter ventum.

DE ILLIS QUI VOLANT IN MEDIO ET PER TRANSVERSUM

Et illi, qui volant alte aut in medio et per transversum, faciebant hoc propter ventum, eo quod timent invadere gruem in terra, ut expectent, quod grues surgant, postquam ad eas veniant.

25

DE ILLIS QUI VOLANT IN MEDIO ET TARDE

Volantium vero in medio qui volabunt tarde, hoc faciunt, ut grues surgant, qui vero cito, hoc faciunt, ut velociter attingant eas, prius scilicet quam aufugiant.

QUID DEBET FIERI VOLANTIBUS PER TRĀNSVERSUM

De volantibus vero per transversum illi, qui iactabuntur recte contra ventum, ut debet fieri, si ab illa via recedant et per transversum volant, faciunt hoc, ut expectent, quod grues surgant, quoniam timent eas invadere in terram.

DE LÄUDÄBILIÖR VOLÄTU

Qui volant alte ad sedium gruum, laudabilior est volatus eorum, quia facilius descendant ad percutiendum gruem. Sed hiis falconibus, qui alte volant, non est sustinendum, quod inveniant gruem stantem, 10 quia, descendendo ad capiendum eam, possent percutere se in terram, quod esset eis periculum. Sed levari debent, antequam falcones descendant ad eas. Et cito attingent illas, quamvis etiam a longe surrexerunt grues, ad quas ab alto descendant. Et spes est, quod similiter volabunt alte percutiendo et exurgendo, quando volabunt ad grues 15 super alam.

DE LÄUDÄBILI VOLÄTU

Qui vero in medio volant ad sedium, quia ex animositate faciunt hoc, laudabilis est volatus non tantum, quantum precedens, quia non possunt ita cito attingere, precipue, si a longe surrexerint grues, et si- 101^b gnum est, quod sic volabunt ad grues super alam. Et inveniuntur¹ de illis, qui in medio volant, quod percutiunt et exurgunt, quamvis non tot neque tam bene, ut predicti.

DE MINUS LÄUDÄBILI

Qui vero volant prope terram, volatus eorum est minus laudabilis supradictis, quia multo minus attingeret gruem, si a longe surgeret, et signum est, quod sic volabunt ad gruem super alam. De hiis vero, qui prope terram volant, pauci sunt, qui percutiant et exurgant, sed magis intendunt capere gruem.

DE DIVISIONE VOLÄNTIUM

30 Illorum autem, qui iactantur et volant ad grues volantes, quidam volabunt alte, quidam inferius gruibus, quidam in medio equaliter gruibus.

DE LAUDABILIORI VOLATU

Volantium vero alte ad grues volantes volatus laudabilius est certe-
ris, et de quo melior spes habetur. Nam qui alte volant, dominantur
grui, quocumque ierit, nec permittunt gruem longe aufugere et for-
tius percutiunt, et postquam percusserint, alte exurgunt. Talis igitur
volatus pulchrior et salvior, quia minus ledentur a grue, quia semper
superabunt gruem et non sinunt ire, quo volet, non longe a succur-
soribus, per quos poterint adiuvari.

DE MINUS LAUDABILI

Qui vero non alte neque prope terram, sed in medio volant, volatus
eorum minus laudatur, quia nichil aliud faciunt grui, quam insequun-
tur eam et longe, quo usque alligabunt se grui, et hoc erit forte extra
stabilitos, unde erit periculum falconibus.

De eodem. Qui vero volant inferius longe, minus laudari debent,
pro eo quod aliquando gruem attingere non poterunt nec tam alte
exurgere poterunt, quam alte volabit grus, et propter hoc grus evadet,
aut cum exurgeret, ut eam exsuperent, grus poterit ipsos ledere cum
pedibus.

DE MODO VINCENDI GRUEM

Falconum vero quidam devincunt gruem tali modo, quod, postquam
suis ictibus deiecerint eam in terram, non ligant neque capiunt se cum
ea neque insident¹ in terram prope eam, sed supra eam circumvolant,
quo usque homo vel canis faciat eam surgere. Et postquam surrexit,
iterum percutient eam et percutiendo ad terram deicient et circum-
volabunt super eam sicut prius, donec iterum cogatur per hominem
vel per canem surgere, et sic vexant eam in tantum, quod homo vel ca-
nis capiet eam.

De eodem. Et sunt de illis, qui, postquam feriendo vel capiendo co-
egerint eam descendere ad terram, non ligant se cum ea neque capiunt
neque circumvolant desuper, sed insident prope gruem super terram.
Et postquam surrexit grus quacumque de causa, ipsi iterum cogent
eam descendere in terram, et sic faciunt, donec capiatur ab homine vel

a cane. Et isti duo modi laudabiles sunt, quoniam capitur grus sine lesione falconum.

De eodem. Et sunt alii, qui feriendo et capiendo ligant se cum ea et retinent eam in terra et pugnant cum ipsa, et hic modus non est laudabilis, quoniam ad longum non poterint pugnare cum ipsa, quin accidat una vice eis malum, ita quod ledentur a grue. Et esto, quod ab illa pugna evadent illesi, erunt ita fatigati, quod vix aut nunquam poterunt postea insequi gruem, si grus evadet, neque pervenire ad eam. Et de huiusmodi falconibus plures erunt repulsati ita, quod ad multos dies nolent vel non poterunt volare ad gruem, et forsitan nunquam, nisi magnum studium vel cura diligens adhibeatur. Primus modus melior est secundo in hoc, quod, dum falco circumvolat desuper, si contingat, quod grus resurgat, cito perveniet hic falco ad eam, quod non faciet falco secundi modi.

15 De eodem. Et in hoc, quod, si contingat gruem depelli ad terram, ubi sunt herbosa loca, dum aut vallones, hic falco¹ videbitur de longe a successoribus, falco vero secundi modi non sic possit discerni, ubi esset.

20 De eodem. Et in hoc, quod grues, que veniunt ad adiuvandum illam, que obsessa est in terra, ut consuetudinis est earum, non poterunt nocere falconi, sicut possunt falconi secundi modi.

De eodem. Et in hoc, quod falco primi modi non timet de madefactione pennarum suarum ab herbis, madefactis pluvia vel rore, sicut timet falco secundi modi.

25 De eodem. Et in hoc, quod non impeditur ad exurgendum propter magnitudinem herbarum, sicut falco secundi modi.

DE MELIORI MODO

Secundus modus melior est primo in hoc, quod falco stans in terra et obsedens gruem non tantum vexat se, quantum falco primi modi.

30 De eodem. Et in hoc, quod falco secundi modi melius est et plus expectat succursum hominis vel canis quam falco primi modi.

De eodem. Et in hoc, quod melius discernit suam gruem inter alias, que veniunt ad adiuvandum, quando omnes surgunt, quam falco primi modi, [qui] pro circuitu circumvolandi desuper non potest bene discernere suam inter alias.

De eodem. Et in hoc, quod falco secundi modi non tam cito cambiet gruem pro alia ave sicut falco primi modi, circumvolans enim de super citius potest videre avem, quam cambiet, quam falco stans in terra. Si falco lente volaverit ad grues stantes, quocumque modo volet ad eas, postquam recesserit de manu, dimittendi sunt canes post ipsum tardius circa principium, quia, si cito dimittentur canes, possent levare grues, quando non esset conveniens. Et si contingret, quod videret canem currentem sub ipso, perterritus a cane posset dimittere voluntatem, quam habet eundi ad grues in tantum, quod vel non iret ad grues vel remissius iret. Si vero¹ volaverit velociter ad grues stantes, quocumque modo volet, postquam recesserit de manu, deiciendi erunt canes citius circa principium. Et de cito dimittendis canibus post falconem aut tarde fiat magis aut minus, secundum attendo volatum falconis et distantiam loci, in maiori enim distantia citius posset dimitti canis et in minori tardius.

De causis, quibus fiunt ficticii seu repulsati, et quomodo tollatur ab eis utrumque

Quoniam magnitudo et fortitudo gruis excedunt magnitudinem et fortitudinem falconis nec ipsis falconibus naturale est capere tantam avem per se, sed solum hoc habent ex documento et adiutorio hominum, accidit plerumque, quod ex documento malo et tardo iu- vamento quidam falconum fiunt ficticii et ex malo, quod inferunt eis grues, quidam illorum fiunt repulsati. Convenit itaque, ut dicatur, qui sunt ficticii, et qui sunt repulsati, et quibus ex causis habeat utrumque fieri, et quomodo utrumque tollatur ab eis, ut emendentur.

DE FICTICIIS ET REPULSATIS

Ficticii autem sunt, qui possunt plura facere quam faciant, sed flingunt se et faciunt minus. Repulsati sunt, qui pro eo, quod passi sunt ma-

- lum a gruibus, timent vel nolunt ipsas capere. Unde inter ficticium et repulsatum sunt differentie, quod ficticius, si non capit, facit hoc, quia se singit, repulsatus vero, quando non capit, propter timorem facit.

5

DE IACTU FICTICII ET REPULSATI

Item ficticius, si iactatur ad aliquam gruem debilem aut lesam, capiet ipsam, repulsus vero neque lesam neque sanam neque debilem neque fortem capiet, quamdiu erit repulsatus.

DE TRAYNA EISDEM

- 10 Item, quando fiet trayna repulsato de grue forti, aut non capiet aut timide capiet, pro eo quod fuit lesus a grue. Ficticius non timebit capere ipsam, quia cognoscit et non fuit lesus a grue.¹

102^b De eisdem. Item repulsatus citius emendatur de repulsione, quia citius obliviscitur lesiones, quas habuit. Ficticius tardius emendatur, 15 quia tardius dimittet dissimulationem suam. Quando fient ficticii ex malo documento, accidet per multas causas.

DE CÄUSIS

- Una causa est, quando non traynantur eo ordine, quem diximus, sed traynantur modo ad debilem, modo ad fortem, et econtrario modo 20 ad fortem, modo ad debilem. Propter hoc cognoscunt fortes a debilibus et volunt ipsas silvestres, qui sunt fortiores.

De eisdem. Alia causa est, quando imperfecte traynantur et postea iactantur ad gruem. Et forsan, quando non est pertraynatus, non volabit bene ad gruem, et non capiet eam, quoniam fortior est quam grus 25 de trayna, et oportebit, quod ad traynam redeat, placebit igitur sibi grus de trayna et nolet aliam. Si vero capiet eam et inde erit lesus aut fatigatus et evadat grus et oporteat, quod redeat ad traynam, quia non fuit pertraynatus, accidunt duo mala, quod erit ficticius et repulsatus. Repulsatus erit, quia fuit lesus a grue et non retinuit eam, ficticius erit, quia redibit ad traynam, que debilior est alia grue et hoc discernit. Alia causa est, quando traynantur plus quam debent.

De eadem. Alia causa est, quando iactabitur ad plures grues et ipse ceperit unam et alie iuvabunt eam, unde falconi malum accidet pro

defectu successoris. Propter hoc nollet amplius volare ad plures, sed ad unam tantum.

De eadem. Alia causa est, quando volat sepe inter plures grues et nunquam capiet, nisi gruellum. Alia causa est, quando assuetus est volare cum socio et per adiutorium, quod habuit a socio, non vult laborare in capiendo gruem, expectans semper adiuvari.

De eadem. Alia causa est ex hoc, scilicet quod, quando volaverit ad grues et non ceperit aliquam [ēt] proicietur sibi loyrum et statim pascetur super loyrum, volabit ad gruem, et percutiet eam semel vel bis, 103 a sed nolet capere gruem, sperans redire ad loyrum et pasci. 10

De eadem. Alia causa est, quando lesus fuerit a grue et pernoluerit ipsam et remittetur ad traynam, discernet inter traynam et silvestrem, a qua fuit lesus, et nolet silvestrem.

QUID DEBET FIERI DE FICTICIO

Quando igitur falco erit ficticius per inordinationem trayne et nolet capere gruem, considerandum erit, ad quam partem trayne cepit esse ficticius, et reducendus erit ad traynam, ubi deerat ei in trayna, non ad id, quod antecedit illi parti, in qua fuit defectus, nam fieret magis ficticius, sed illuc reduceret ad traynam. Reductus autem ad traynam, traynandus erit ordine, quem diximus, procedendo semper ad for= 20 tiorem gruem in trayna, quousque sit pertraynatus. Et hoc fiet, si plures habebuntur grues, alioquin habeatur falco gruerius et bonus, cum quo iactabitur hic ficticius ad gruem, si ambo erunt consentientes.

De eodem. Si vero non erunt consentientes aut forte non habeatur falco gruerius, erit procedendum hoc modo circa falconem istum ficticum. Si erit pinguis, distringatur fame aliquot diebus, et habeatur una grus fortis et bene volans, que dabitur huic falconi ad traynam volantem, et pascetur de illa grue bene. Deinde dimittatur quiescere aliquot diebus, distringendo ipsum, qui, priusquam erit districatus famelicus, iactetur ad grues, cavendo, ne male accidat huic falconi propter loca aut defectum successorum. Hic igitur falco per hanc famem et per traynam, ad quam reductus fuerit, libentius et sine fictione capiet grues.

De eodem. Si vero non est pinguis, sed sit macilentus adeo, quod, si distingeretur, debilitaretur et non sufficeret ad capiendum gruem, 103 b primitus impinguetur¹ pluribus diebus, et post distringatur multa fame aliquot diebus et remittatur ad traynam, ubi deerat sibi de trayna, 5 et post iactetur ad gruem, quia volet eam capere per famem. Iuvat etiam ad hoc spatium temporis, in quo impinguatur et macrefit, nam quiescendo obliviscitur sue dissimulationis.

De eodem. Et si in hoc non iuvat, expectandum est de ipso, quousque exierit de muta. Qui exiens de muta debet macrifieri et post traynare ad 10 grues fortes, que essent silvestres et melioris pastus et super traynas, et quanto plus studeatur, quod non percipiat falco hanc gruem esse de trayna, et post iactetur ad paucas grues simul et ad bene expectantes et in bono loco, ubi sunt multe stabilie, ut cito succurratur ei.

DE CAUSA SECUNDA

15 Ille vero, qui dissimulator et ficticius erit per secundam causam, scilicet per id, quod minus debito fuit traynatus, permittatur quiescere aliquot diebus, ut sanetur, si lesus fuit a grue, et ut quiescat, si fuit fatigatus. Et spatio temporis obliuiscatur mali, quod sibi acciderat, et dum sic quiescit, distringatur fame, ut macrifiat. Et post traynetur ad 20 fortem gruem, quam, si bene et audacter sumpserit, sufficiet, et si non, iterum mutatur ad aliam traynam de grue fortiore. Isti namque non nocebunt plures trayne, nocerent tamen illi, qui esset ficticius ex nimia traynatione.

De eadem. Ille vero, qui nimis fuerit traynatus et per hoc dissimulabit, debet emendari sicut ille, qui per primam causam, scilicet per inordinationem trayne, fuerit ficticius.

DE FALCONE QUI NON [VULT] VOLARE AD PLURES GRUES

Ille, qui non vult volare ad plures grues, sed ad unam tantum, iactetur ad volandum cum alio falcone ad plures grues simul, si consentient, 30 quousque cum socio suo sit usus capere aliquam inter plures, et si non consentiunt, fiat, quod consentiant,¹ ut supra dictum est. Et si non habetur aliis falco, habeantur plures grues, de quibus simul fiat ipsi, 103 a

districto prius fame, trayna, currendo et allitando, et unam capiat inter alias plures, et huiusmodi trayna fiat sepius, quo usque scilicet assuescat unam capere de trayna inter plures.

QUID DEBET FIERI DE ILLO QUI SEMPER VULT GRUELLUM

Ille autem, qui semper vult gruellum inter plures, distringatur fame aliquot diebus et iactetur ad volandum circa sero, ut amplius famescat, et non iactetur ad grues, inter quas est gruellus, sed iactetur ad quanto pauciores poterit et sine gruello, et maxime huic sit paratus succursus, ne possit ledi a gribus. Et hoc fiat multotiens, sic enim, postquam sibi pluries acciderit, poterit iactari ad grues quomodo cumque, et cum gruello et sine gruello. 5 10

DE ILLO QUI QUERIT ADIUVARI PER SOCIMUM

Ille vero, qui singit, pro eo quod querit adiuvari per socium et non vult volare sine socio, emendabitur cito, si separabitur a socio. Unde, quanto citius poterit, perpendatur, nam quanto citius perpendetur et citius separabitur, tanto citius poterit emendari. Percipietur autem in hoc, quod, quando primo iactabitur ad gruem, quam citius expectabit, quod socius, qui sequitur, veniat et precedat ipsum. Et propter hoc non debet semper unus falco prius iactari, quando volat cum socio, sed quandoque unus, quandoque alius. Hic autem, postquam erit se-iunctus a socio, distringatur fame, ut dictum est, et post iactetur ad gruem sine socio, quam si ceperit, sufficiet. Et si non ceperit, iactetur cum socio, ita tamen, quod ipse preiactetur longe ante alium. Perpendetur enim ex hoc, si per se conabitur capere gruem, quod, si per se conabitur capere gruem, et ipse alia vice longe prius iactetur, ut parum iu-15 20 25vetur a socio. Et hoc fiat per multas vices, donec ex toto careat socio, aut sibi detur socius talis, qui parum vel nullum iuvat ipsum, ita quod, si grus capi debet, per ipsum et non per socium capiatur. 103' b

DE MODO EMENDANDO FICTICIUM

Ille vero, qui in redeundo ad loyrum et propter cibum, qui datus erat sibi, statim ficticius est, emendabitur in hunc modum. In aliquot primis vicibus, quando incipit volare ad grues, pascatur statim, quod 30

non possit accipere in usum. Et si videbitur, quod velit hec accipere in usum, non proiciatur sibi loyrum neque pascatur protinus, sed quando pascetur, pascatur de carnibus non multum bonis, que sunt madefacte in aqua, et sic non dimittet gruem spe redeundi ad loyrum neque spe, quod debeat pasci. Et si non iuvat, mittatur ad volandum cum socio, qui duo consentiunt, et iactetur socius longe ante istum sic, quod iste, videns socium longe ire ante se, in sequendo illum obliviscatur redire ad loyrum. Et hoc fiat, donec aliquot vicibus cum socio capiat gruem. Et si socium habere non poterit, fiat sibi trayna de grue aliqua volando.

DE REPULSATO

Ille vero, qui Iesus fuit a grue et per hoc repulsatus est et proinde, ut emendaretur, fuit remissus ad traynam – per quam traynam nolit postea silvestres tamquam fortiores – quiescat aliquot diebus, ut sanetur et 15 obliviousatur, et distringatur fame et iactetur ad gruem cum socio. Et postquam ceperit cum socio, subtrahatur sibi socius paulatim, et si non poterit haberi socius, fiat sibi trayna de una grue, quanto fortior haberi poterit, et detur sibi trayna volando.

De eisdem. Et si nec iste nec reliqui supradicti iuvantur per ea, que 104a supra dicta sunt, expectetur de eis omnibus, quousque¹ exeat de muta, et tunc emendari poterunt facilius per id, quod supra dictum est.

De causis, propter quas repulsati fiunt falcones

Repulsantur autem afalcones multis de causis. Prima est, quando incipit volare primo ad grues et iactatur inter multas grues et ipse capiet aliquam, quam alie deiuvabunt, et ledent falconem, ex quo accedit, quod falco nollet grues, tamquam repulsus ab eis, et hoc accidet precipue, si sepe sit iactatus et sit Iesus.

DE SECUNDA

Secunda causa est, quando iactando ipsum in locis inconvenientibus, 30 in quibus succurri non potest ei, sicut in aquis aut in aliis periculosis locis, et ipse capiet gruem et pugnabit cum ea, cadendo in locis incon-

venientibus, pro eo quod sibi non fuit succursum, lederetur a grue et defatigatus et disruptus dimitteret eam abire. Si igitur pluries accidat hoc, fiat inde repulsatus.

DE TERTIA

Tertia causa est, si, quando incipit, iactabitur pluries in una die et ⁵ nulla vice ceperit. Si pluribus diebus sic iactatus fuerit pluries et non ceperit, fiet ex hoc repulsatus.

DE QUARTA

Quarta causa est, quando volabit cum alio falcone et super gruem ca= pietur ab alio falcone et ledetur, credens, quod illud malum acciderit ¹⁰ sibi per gruem, erit proinde repulsatus, et maxime, si grus evadet.

DE QUINTA

Quinta causa est, quando iactatus erit ad gruem, et videndo avem aliam, pro qua dimittet gruem, et cum ceperit illam aliam avem et pascetur de ipsa, priusquam succurratur ei, si pluries sic fecerit, deveniet sic re= ¹⁵ pulsatus, quod nollet libenter gruem.

DE SEXTA

Sexta causa est, quando falco erit super gruem et canis adveniens ad succurrendum ledet ipsum fal'conem aut homo equitans ad succur= ^{104 b} rendum suppeditabit ipsum aut aliquis imperitus advenerit, qui auf= ²⁰ fert sibi gruem, unde falconi malum accidat, ex tali namque lesione fiet, quod nollet gruem.

DE PRIMA CAUSA

Ille, qui prima causa factus est repulsatus, si fuerit lesus et vulnera= ²⁵ tus, quiescat et impinguetur, et postea distringatur et sanetur. Et post debet iactari cum alio falcone consentiente ad grues, et statuantur sta= bilie adeo bene, quod unuscumque possit ei cito succurri. Et non sem= per erit iactandus in societate, nam per societatem percipiet se iuvari, et per hoc fiat forte fictius de repulsato. Sed cum societate iactetur, do= nec alias grues ceperit cum socio, impinguetur, et post impinguatio= ³⁰

nem distringatur fame aliquot diebus, nam post hoc et per hoc poterit volare solus ad gruem. Si vero non habeatur falco consentiens, detur ei grus fortis in trayna, volando sic aptata, quod non possit eum ledere, et postea distringatur fame per aliquot dies et iactetur ad gruem primo. Sive habeatur consentiens falco sive non habeatur, caveatur, ne iactetur inter multas grues.

DE ILLO QUI PER SECUNDAM CÄUSÄM

Ille vero, qui per secundam causam est repulsatus, quiescat, si fuerit fatigatus, et ut sanetur a plagis, et interim utcumque impinguetur.
10 Deinde distringatur fame, priusquam iactetur solus ad gruem, cavendo, ne in locis iactetur similibus illi loco, in quo sibi malum acciderat. Qui si tunc noluerit gruem solus, sufficiet, quod factum est ei, et si non cum alio falcone iactetur ad gruem, faciendo ei, quod siebat predicto, si habetur socius, alioquin fiat sibi trayna de grue volante.

QUI PER TERTIÄM CÄUSÄM

Falco vero, qui per tertiam causam erit repulsatus, quiescat pluribus diebus, et inde impinguetur prius, et postea distringatur fame, ut redeat ad illam maciem, in qua fuit, aut paulo maiorem, si sustinere poterit. Detur sibi grus de trayna, que volet, quanto fortior poterit inventiri, ita quod non percipiat falco, quod illa grus sit de trayna, et post iactetur ad gruem vel solus vel cum societate, si opus erit.

QUI PER QUARTÄM CÄUSÄM

Falco vero, qui per quartam causam fuerit repulsatus, quiescat pluribus diebus sicut alii, dum sanetur et obliviscatur eius, quod male accedit sibi, et redeat ad illam maciem vel paulo maiorem. Si igitur fuerit de illis falconibus, qui iam ceperunt plures grues, poterit post hoc iactari solus ad grues, sed si est de illis noviciis, qui non ceperunt adhuc grues, quiescat per aliquot dies et detur sibi grus volans in trayna, et postea cum alio falcone volet ad loyrum. Et cum videbit et assecurat se bene de socio, iactetur ad volandum cum socio ad gruem, non timebit enim volare cum socio. Et postquam aliquot [diebus] ceperit grues cum socio, poterit iactari solus ad gruem. Et si est talis, quod solus

ceperit grues, quiescat aliquot diebus et impinguetur modicum, et postea distringatur et iactetur solus.

QUI PER QUINTAM CAUSAM

Falco, qui per quintam causam est repulsatus, emendabitur hoc modo. Quiescat et quiescendo impinguetur, deinde distringatur fame. Quo facto, detur sibi grus, quanto fortior haberit poterit, in trayna volando. Caveatur tamen, ne iactetur in locis, in quibus sint aves illius speciei, pro quibus dimisit gruem.

QUI PER SEXTAM CAUSAM

Falco, qui per sextam causam est repulsatus, quiescat et sanetur et teneatur et pascatur ante canem, ut transeat timor ab eo, quem habuit de cane. Postmodum iactetur ad grues, quas si solus capere noluerit, detur sibi socius consentiens, si habuerit socium, donec cum ipso ceperit aliquot grues, per quod¹ poterit solus iactari ad grues. Et si non habuerit socium, neque consentientem neque alium, fiat ei, sicut dictum est supra. Et si per hominem passus est, fiat, ut dictum est supra.

DE OMNIBUS REPULSATIS

Omnibus itaque repulsatis proderit quies et districtio per famem, si pingues fuerint, nam si essent macilenti, quando repellerentur, non essent distringendi per maiorem famem, debilitarentur enim. Et si quies sic et districtio per famem, si pingues fuerint, non sufficiet, detur eis in trayna grus fortis volans. Per hoc namque emendabuntur, dummodo per debilitatem gruis non cognoscant, quod sit de trayna, neque sepe fiat eis huiusmodi trayna.

GENERALIA MODI DOCENDI OMNES FALCONES AD GRUES SECUNDUM MODUM PREDICTUM

Itaque secundum modum predictum docendi sunt proprie girofalcii ad grues, secundum quem modum poterunt doceri similiter ceteri modi falconum ad grues, si quis eos docere voluerit ad grues. Oportebit tamen, quod omnia supradicta de girofalcis fiant tanto studiosius et tanto amplius, quanto ceteri falcones descendunt ab audacia et fortia-

tudine girofalcorum, et etiam in ceteris modis falconum tanto amplius et studiosius in uno modo falconum quam in alio, quanto ille modus falconis erit minus fortis et audax quam aliis, et etiam in falconibus unius speciei tanto studiosius et tanto amplius in quibusdam quam in aliis, quanto quidam sunt minus fortes et minus audaces aliis, ut, quanto sunt minus audaces, restaurentur in ipsis per multitudinem traynarum, stando, eundo, currendo et volando, et per ordinem traynare et per multotiens placere sibi, dando sibi super traynas bonas carnes, ut convenit.

10

DE LAYNERIIS

De layneriis tamen non dicimus, quod possunt ita de facili doceri ad grues, pro eo quod non sunt tante fortitudinis et tante audacie et tante velocitatis, quod sufficiat eis ad hoc, quod debeant volare ad grues. Preterea in docendo ipsos ad grues labor esset multus et utilitas pauca et nulla. Item sicut dictum est supra, girofalcus convenientior est ad grues capiendas quam ceteri falcones. Nec per hoc excludebatur, quod possent doceri facilissime ad omnia, ad que docebantur omnes alii modi falconum, et tanto citius et melius, quanto ipsi omnes alios modos falconum exsuperant audacia et fortitudine et velocitate, eo enim modo, quo ceteri modi falconum docentur ad capiendum alias aves, quascumque docebuntur, et girofalcis ad easdem facilius quam ceteri.

Videndum est, in quibus communicant et in quibus differunt alii modi falconum cum girofalcis

25

Dictum est hactenus de girofalcis, quomodo docentur ad venandum grues, et quomodo venantur ipsas, et quod girofalcis magis convenienter ad capiendum grues quam cetere species falconum, et quod cetere species falconum possunt etiam doceri ad grues, quedam convenientius, quedam minus convenienter. Que species, secundum quod sunt diverse, aut etiam individua unius speciei, secundum quod sunt diversa, sic diversimode volant ad grues. Unde videndum est, in quo communicant et in quo differunt alii modi falconum cum girofalcis et invicem in venando grues.

DE SACRO

Sacer itaque communicat cum girofalco in eo, quod uterque potest do-
ceri ad gruem traynando et cetera faciendo, et quod docti et pertraynati
ad gruem non facile dimittunt eam, ad quam iactati sunt, pro aliis avi-
bus, et quod quidam sacri sunt, qui tot modis volant ad grues stan-
tes, quot modis girofalcii, et quod sacri faciant modos volandi ad
grues volantes et modos percuti'endi ipsas, quantum ad velocitatem 105b
suam, similes illis modis, quos faciunt girofalcii, et quod sacri ha-
bent eundem modum deportandi grues ad terram, quemadmodum ha-
bent girofalcii.

10

DE SACRO IN QUO DIFFERT

Differt autem sacer a girofalco in eo, quod sacer non attingit gruem
tam velociter nec tam frequenter percutit ipsam nec tantum domina-
tur grui quantum girofalcus, quia nec tantum audax est nec tam for-
tis, ut est girofalcus, et quod sacro in volatu nocet plus malum tem-
pus quam girofalco. Et sacri non sunt tam universaliter boni ad gruem,
quantum universaliter girofalcii. Et sacri, si iacentur ad grues volantes
longinquas, vix capient, girofalcii vero capient. Et plures sacri, dum
sunt sauri, sunt velociores, quam postquam sunt mutati, quod non
accidit de girofalcis.

20

DE PEREGRINO

Falco peregrinus communicat cum girofalco in eo, quod possunt do-
ceri ad gruem, et in eo, quod peregrini appropinquant velocitatibus
girofalcorum plus quam alii modi falconum. In audacia etiam peregrin-
nus appropinquit plus girofalco quam ceteri falconum. Et peregrinus 25
communicat plus cum girofalco quam ceteri falcones in eo, quod pot-
est plus volare in malo tempore et quod post mutationem peregrini
non efficiuntur deteriores sicut neque girofalcii.

25

DE PEREGRINO IN QUO DIFFERT

Differt autem peregrinus a girofalco, quoniam non est tam fortis ne-
que tam velox nec tam audax ut girofalcus nec tam potens contra ma-
lum tempus quam girofalcus. Et peregrinus dimittit sepius grues pro
aliis avibus quam girofalcus. Et peregrinus non percutit tam sepe ut
girofalcus, nec post percussionem exurgit de facilis, ut quemadmodum

30

105^a girofalcus exurget, nec tantum dominatur grui quantum girofalcus.¹
Nec sunt peregrini tam universaliter boni ad grues quemadmodum
girofalcii.

DE GENTILI RĀMĀGIO

- 5 Falco vero gentilis ramagius in venando gruem habet fere convenientias et differentias, quas peregrinus cum girofalco, cum sint eiusdem speciei. In quo autem distent a peregrinis versus girofalcum, patebit, quando dicentur convenientie et differentie gentilis ramagii ad peregrinum. Falco vero gentilis nidasius in venatione gruis communicat cum
10 girofalco in eo, quod uterque docetur ad gruem et eodem modo et quod iactantur eodem modo ad grues, et non dimittit libenter gruem pro aliis avibus quemadmodum neque girofalcus.

DE PEREGRINO IN QUO DIFFERT

Differt autem in eo, quod plures falconum gentilium nidasierorum intrant melius et audacius ad traynam quam girofalcorum, et in eo, quod citius pertraynantur et magis affectant et plus conantur volare ad grues stantes quam girofalcii. Et quando volant ad grues stantes, volant magis prope terram quam girofalcii. Ad grues vero volantes, si iacentur, dum grues volant longinque, vix capient, girofalcii vero sic. Ad grues volantes non vadunt tam libenter ut girofalcus, ad quas volant prope terram, quoisque sint sub eis, et extunc exurgunt, ut possint capere grues. Libentius capiunt quam percutiant, et si percussent grues, non exurgunt super ipsam nec diu fatigant aut insequuntur eam. Dimittunt grues pro aliis avibus sepius quam girofalcii,
105^b quamvis neque illi libenter dimittant.¹

Dicte sunt convenientie et differentie reliquorum falconum ad girofalcum, sequitur dicere de aliis

Dicte sunt convenientie et differentie reliquorum falconum ad girofalcum in venando gruem, restat dicere convenientias et differentias reliquorum falconum, quas habent invicem in venando gruem, que omnes cum supradictis erunt quatuor, tres, due, una, et sic erunt decem.

DE PEREGRINO CUM SACRO IN QUIBUS COMMUNICAT

Falco itaque peregrinus communicat cum sacro in venatione ad gruem in eo, quod eodem modo traynantur. Et eodem modo iactantur ad grues, quibus quidam iacent falconem sacrum cum vento et non contra ventum, quem modum iactandi non approbamus propter causas dictas in capitulo de modo iactus.⁵

IN QUIBUS DIFFERT

Differt autem peregrinus a sacro in eo, quod peregrinus est audacior et velocioris volatus quam sacer et peregrinus est minus fortis quam sacer, cum sacer sit maior eo, [et] in eo, quod peregrinus sepius dimittit gruem pro aliis avibus quam sacer. Et ventus et malum tempus minus nocet peregrino in suo volatu quam sacro. Et peregrinus potest iactari convenienter ad grues volantes longinquas et frequenter capiet, sacer, si iactetur ad huiusmodi grues, vix capiet. Et peregrinus non tamdiu insequitur gruem quamdiu sacer. Et peregrini, postquam mutantati sunt, non efficiuntur deteriores ut in pluribus, sacri vero ut in pluribus inveniuntur lentiores.¹⁰

DE GENTILI RAMAGIO CUM SACRO

Falco vero gentilis ramagius in venando gruem habet illas convenientias et differentias cum sacro, quas habet peregrinus, preter quod gentilis ramagius neque est tam fortis neque est tam velox ut peregrinus.¹⁵

DE GENTILI NIDASIO CUM SACRO

Falco gentilis nidasius habet convenientias cum sacro in eo, quod eodem modo docentur ad gruem et iactantur, et in eo, quod malum tempus plurimum nocet utrisque in volatibus suis, et in eo, quod non dimittunt libenter gruem pro aliis avibus.^{106a}

IN QUIBUS DIFFERT

Differt autem in eo, quod gentilis nidasius semper appetit capere et non percutit, sacer non sic. Et libenter accipit de deorsum in sursum, quod est commune fere omnibus nidasiis cuiusque speciei falconum,¹¹⁰

sacer non sic. Et gentiles nidasii secundum maiorem partem non inse=quuntur grues longe, sacri vero sic. Et quod facit gentilis nidasius, facit cito, sacer non sic. Et gentilis nidasius dimittit grues libentius pro aliis avibus quam sacer, quamvis neuter dimittat libenter.

5 DE GENTILI RAMAGIO CUM PEREGRINO

Falco gentilis ramagius communicat cum peregrino, cum sint eiusdem speciei, in venatione ad gruem ideo, quod docentur eodem modo ad gruem traynando et cetera faciendo, que convenient facere. Et eodem modo iactantur ad gruem, et eodem modo volant et operantur gentiles ramagii quomodo peregrini. Et dimittunt gruem pro avibus frequenter quemadmodum peregrini.

IN QUIBUS DIFFERT

Differt autem gentilis ramagius a peregrino in eo, quod ramagius gentilis est minus audax et minus fortis et etiam minor peregrino nec tam velociter nec tam potenter volat aut operatur quemadmodum peregrinus. Et gentilis ramagius dimittit gruem pro minoribus avibus, scilicet pro sturnellis et aliis avibus parvis, que inveniuntur in campis, quam peregrinus. Et gentilis ramagius non tam bene sustinet malum tempus ut peregrinus.^{106b}

20 DE GENTILI NIDASIO CUM PEREGRINO

Falco gentilis nidasius communicat cum peregrino, cum non distet ab eo in specie [nec] in eo, quod docetur ad gruem hic et ille, et eodem modo traynantur et eodem modo iactantur ad gruem.

IN QUIBUS DIFFERUNT

25 Differunt autem in eo, quod gentiles nidasii melius intrant ad traynam et citius pertraynantur quam peregrini et non sunt tam fortes nec tam velocius ut peregrini. Et gentiles nidasii plus affectant volare ad grues stantes quam peregrini et volant magis prope terram quam peregrini. Ad grues vero volantes longinquas si iacentur nidasii,
30 vix capere poterunt, peregrini vero sic. Et gentiles nidasii ad grues volantes volant subter eas et postea surgunt, ut capiant, quod non

faciunt peregrini. Et nidasii sepius volunt capere quam percutere, si percutiunt, non conantur surgere percutiendo iterum, sed intendunt capere et non percutere, peregrini vero non sic.

DE GENTILI NIDASIO CUM GENTILI RAMAGIO

Falco gentilis nidasius communicat et differt cum gentili ramagio 5 fere quam cum peregrino, cum sub eadem specie sint. Communicat itaque cum gentili ramagio in eo, quod docentur ad gruem, similiter traynando et cetera faciendo, et eodem modo iactantur ad grues.

IN QUIBUS DIFFERT

Differt in eo, quod gentilis nidasius melius intrat ad traynam et citius 10 pertraynatur quam ramagius. Et plus affectant et conantur volare ad grues stantes quam gentiles ramagii, et citius volant ad grues stantes et magis prope terram quam ramagii.¹ Convenientius possunt iactari 106'a ad grues volantes ramagii quam nidasii. Et si iacentur ad grues volantes longinquas, vix capient, ramagii vero capient. Sed ad grues 15 volantes non vadunt tam libenter ut ramagii, ad quas volant prope terram, quoisque sint subter eas, et extunc exurgunt, ut possunt capere ipsas, ramagii non sic. Et libentius capiunt quam percutiunt, et si percutiunt, non exurgunt supra ipsas, quia intendunt capere, nec 20 diu insequuntur ipsas grues, ramagii vero sic. Et gentiles nidasii non dimittunt tam sepe gruem pro aliis avibus quam sepe gentiles ramagii. Illas vero convenientias et differentias, quas habent nidasii gentilium ad ramagios gentilium in volando ad gruem, habent nidasii aliarum specierum ad ramagios sue speciei. Convenientie itaque et 25 differentie modorum falconum ad girofalcum et ad se indicem in hunc modum se habent in venatione ad grues. Possent tamen et alie convenientie et differentie inveniri, sed que dicta sunt, sufficient ad denotandum diversitatem, quam habent modi falconum in volando ad grues.

Explicit liber quartus de girofalcis ad grues

INCIPIT LIBER QUINTUS

DE FALCONE SACRO AD AIRONES

Determinatum est in precedentibus sufficienter de girofalcis, qualiter doceantur ad grues. Et quoniam post girofalcum falco sacer magnitudine superat omnes alios falcons, dicere intendimus in hoc libro, qualiter doceri debeat ad predandum. Sed quoniam convenibilis est falconi sacro volare ad airones quam ad alias aves et pulcruis volat ad airones quam ad aliud, dicemus, qualiter doceri debet specialiter ad airones. Falco igitur sacer, postquam mansuetus est, ut supra docetur, loyari debet eo modo, quo girofalcus docebatur ad loyrum. Verumtamen differentia est inter loyrum girofalcorum ad grues in numero alarum. Loyrum enim ad grues de duabus tantum alis gruum sufficienter erat ponderosum, ut non posset asportari a girofalco. Loyrum vero sacrorum ad airones consui debet de alis aironum, et pro eo quod leviores sunt huiusmodi ale quam ale gruum, non sufficiunt due tantum, nam de facili posset asportari a falcone sacro. Et propter hoc apponende sunt quatuor ale, ne falco sacer possit asportare ipsum, precipue cum iste falco inter ceteros modos falconum et girofalcorum habeat naturam et consuetudinem asportandi, quod capit, plus quam alii. Et debent esse ale de aironibus albis aut cinericis aut de aliis, secundum illum modum aironum, ad quem doceri debuerit. Et postquam sufficienter loyratus est, pro eo quod naturale non est ipsi capere airones per se, sed ex documento hominum hoc habet, et huiusmodi documentum sine trayna ad airones recipere non potest, oportet, ut dicatur, qualiter traynandi sunt¹ falcons sacri ad airones. Prius tamen, quam post documentum loyri doceantur ad traynam aironum, poterunt iactari ad volandum ad aliquam de illis avibus, quas volent per se capere, ut ad avem volare addiscant cum homine, priusquam doceantur ad traynam, et postmodum doceantur ad traynam. Nam hic modus ordinatorum et melior est. Qui tamen voluerint post documentum loyri docere ad traynam falcons sacros, poterunt statim, postquam loyratus est sufficienter, mittere ipsum ad traynam, que trayna sic debet fieri.

DE TRAYNA FACIENDA

Et quoniam volentes facere traynam ad airones opus est habere plures airones vivos, et plures airones habere diu non potest quis, nisi nutritiat ipsos - et airones sunt difficiliores nutrire quam grues et ceterae aves - oportet, ut dicatur, qualiter nutrientur airones.

5

QUOMODO DEBENT NUTRIRI AIRONES QUI EXTRAHUNTUR DE NIDIS

Airones, qui extrahuntur de nidis parvuli, non sunt multum difficiles nutrire, pro eo quod aperiunt rostrum petentes cibum, sicut faciebant a matre, et aperto rostro de facili cibus inmittetur. Isti parvuli carnibus aut piscibus nutririri poterunt. Verumtamen, cum pisces nature sue magis convenient, melius erit, quod piscibus nutrientur, et si de carnibus in defectu piscium nutrientur, minus dabitur eis de carnibus, quam daretur de piscibus. Carnes vero sint gallinatiae, frustatim incise, innectate in aqua dulci. Immo quidquid dabitur eis ad comedendum, detur madefactum in aqua. Quando vero videbitur, quod, sumpto cibo, quid iam non avide appetunt recipere, ulterius sufficiet, quod datum erit.

10

15

QUOMODO DEBENT NUTRIRI ILLI QUI NON EXTRAHUNTUR DE NIDIS

20

Maiores vero airones, qui scilicet non habebuntur de nidis, sed quomodolibet aliter, difficiliores sunt nutriti. Pro eo enim, quod silvestres sunt, nolunt aperire rostrum suum, et quia se vident inter homines, a quibus naturaliter absistebant, non querunt cibum. Unde, si aperiatur rostrum eorum et imponatur cibus, non retinebunt, sed eiciunt. Sunt igitur nutriendi hoc modo. Debent ciliari et paretur cibus eis, scilicet carnes vel pisces in aqua, sicut dictum est, et detur in ea quantitate, in qua dabatur iunioribus, qui erant extracti de nido. Et habetur annulus unus de funiculo vel de alia materia, largus secundum crossitatem rostri sui. Cum annulo constringatur rostrum prope narres, ut non possit aperiri. Airo enim, postquam dictum cibum receperit, pluries revocabit de stomaco ad os, intendens evomere, et pluries, postquam evomere non poterit, reducet ipsum ad stomachum, et

107^a

25

30

tandem, cum videbit, quod expellere non poterit, retinebit et digeret. Multotiens sic faciendo, assuescit domesticari inter homines et recipere cibum.

De eisdem. Et postquam hoc erit factum pluribus diebus, deciliari poterit, ut magis ac magis domesticetur et assuescat inter homines [esse] et pascere. Item, quotiens imponentur carnes aut pisces in aqua, bonum est, quod innectentur pedes e tibia ipsius aqua, quia nature eius convenit.

DE TRAYNA FACIENDA

10 Isti ergo falcones sacri, quoniam non sunt tante audacie, quante sunt girofalci, quando debent doceri ad traynam, debent distingi maiori fame ad suam traynam quam girofalcus ad suam.

De eadem. Habeatur itaque airo unus albus vel cinericius, ad qualem doceri debebunt. Qui airo seu herodius debet ciliari et rostrum eius ligari, sicut dicebatur de grue, et ambo pedes eius ligentur cum duobus iactis, ut eis rectus cogatur cadere in terram. Ligentur etiam carnes 15 inter alas super dorsum aironis, sicut siebat super gruem. Et¹ sit aliis, qui teneat dictum funiculum per extremum. Quo facto, ille, qui tenet falconem sacrum, ostendat ei aironem, quem postquam viderit falco 20 et ire voluerit ad ipsum, dimittatur ire. Si vero videre non potest, pro eo quod airo se non movet, ille, qui tenet funiculum, trahit ipsum suaviter, ne cadat, et faciat aironem movere alas, ut falco videat aironem moventem alas, et tunc dimittatur ire ad aironem. Et postquam falco 25 ceperit aironem aut carnes, que sunt super ipsum, homo, qui propinquior est, accedat illuc et custodiat caput et collum aironis, cavendo, ne falco decollet eum, nisi habeat alios airones pro sequentibus traynis et voluerit, quod falco decollet ipsum. Et si carnes, que sunt super aironem, non sunt convenientes ad pascendum falconem, detur sibi columbus similis coloris cum airone hoc modo. Accipiatur columbus 30 per caput et pedes desubtus alis et ducatur desuper in absconsa manu, ne videatur a falcone, et pectore columbi existente desuper permittatur, quod falco deplumet pectus columbi et rumpat corium et pascatur carnibus pectoris columbi, quasi esset de airone et non de alio. Et si columbus non habebitur, pascatur de aliis carnibus bo-

nis, submittendo manum alis, ne appareat, et superponendo carnes desuper, ut de grue dictum est. Sic autem traynabitur omni die, donec capiet huiusmodi traynam cum carnibus. Interim autem, dum sic tray= natur, dimittantur carnes, qui sunt super aironem, paulatim, paula= tim elongando se ab aironem omni die in tantum, quod, quando falco erit in loco, unde iactari debet, ipse non possit videre carnes. Et post= quam videbitur, quod bene capiat aironem et a remotis et iam non volat¹ ad ipsum aironem pro carnibus, quas ipse non videat, sed pro solo aironem, removeantur carnes omnino de trayna et amplius non apponantur.

10

De eadem. Et ex quo remote sunt carnes et traynatur sine carnibus, non est opus, quod habeat iactos in ambobus pedibus, ut cum eis cogatur cadere in terram, sicut erat opus de grue. Non est enim fortis ut grus, sed debilis et de facili cadens in terram, quando falco capit ipsum, nec, postquam ceciderit, nocet falconi cum pedibus, ut faciebat grus, sed in una tibia tantum super genu ligetur cum uno iacto et uno funiculo, cum quo funiculo ligatur, ne possit fugere. Et etiam, quia ciliatus est et non videt et per hoc non movet se neque alas suas et difficilius est falconi sacro videbitur ipsum, quando se non movet, quam quando se movet, cum ipso eodem funiculo trahetur, et movebit alas suas et facilius videbitur a falcone super genu ligatus, quia sic ligatus et tractus cum funiculo non cadit in terram, sed movet alas quasi volens volare. Et hoc prodest in hoc, quod falco addiscit cognoscere ipsum amodo, quam prius cognovisset volantem, scilicet quem iam stantem cognoverit, et in hoc, quod, cum sit moris aironum esse quasi semper immobiles, dum sic starent, pelius discerneretur a falcone, precipue subtractis carnibus. Expedit falconi, [ut] per motum alarum aironis in trayna melius videbitur aironem. Nec debet sibi fieri trayna omni die, postquam remote carnes iam sunt, sed de tertio in tertium, ita quod in die trayne pascatur amplius, in sequenti vero distingatur fame, per ampliorem enim cibum conservabitur fortitudo in ipso et per distinctionem voluntas volandi ad aironem. Si vero traynaretur omni die, aut¹ daretur sibi amplior cibus cotidie, aut par= bus. Si multum, impinguaretur tantum, quod non volet volare ad

15

20

25

30

35

traynam, si parvus, debilitaretur ita, quod non posset volare et non esset sibi ad delectamentum talis trayna. Propter hoc melius est, quod una die distingatur et alia detur multum, super traynam scilicet, et iste modus pascendi in traynando generalis est ad omnem traynam.

5 Et iactetur tunc ad traynam sine carnibus, et si bene acceperit aironem et libenter, tunc infigatur rostrum aironis in terram, et recedat homo illinc et permittat, quod falco decollet aironem per se. Non est timor, quod airo possit ledere falconem, debilis enim est. Si tamen videretur, quod airo aliquid nocumentum inferret falconi cum pedibus, acceden-
10 dum est illuc ad iuvandum falconem. Airona vero decollato, si pin-
guis est, quod cognoscetur ex corde extracto ab ipso, ut fiebat in grue, permittatur, quod deplumetur et pascatur de carnibus pectoris airo-
nis. Et si airo non habebit bonas carnes, quia erit macilentus, pas-
catur de columbo aut de aliis bonis carnibus. Super aironem in modo
15 dicto fiat vero sic pluribus diebus trayna, donec videatur, quod falco agnoscat aironem et appetat volare ad ipsum.

DE TRAYNA

De airone vero, pro eo quod non currit pedibus, non potest fieri tray-
na currendo, verumtamen loco ipsius trayne cogatur airo ciliatus
20 surgere super pedibus suis et volare, ut falco ipsum videat surgere et
volare. Et ille, qui tenet falconem, tunc dimittat ipsum volare ad airo-
nem et, si capit, dimittat, quod iugulet ipsum et pascatur super ip-
sum, ut dictum est.

DE TRAYNA

25 Postquam vero falco bene ceperit aironem surgentem et volantem,
108^a debet¹ distingi fame, ut tertia die traynetur ad aironem, qui non sit
ciliatus, tamen habeat rostrum ligatum. Et traynetur falco ad hunc
aironem volantem, quem si bene ceperit et habebitur aliis airo, per-
mittatur, quod falco iugulet ipsum et faciat cetera sicut de aliis. Sed
30 si non habebitur aliis airo, preservetur iste, ne iuguletur a falcone,
quanto melius poterit preservari, et pascatur falco super aironem, ut
dictum est. Sequenti vero die distingatur fame, ut et tertia die fiat sibi
trayna de eodem airone, si non fuerit debilitatus per ea, que passus

fuit a falcone. Nam si fuerit debilitatus ita, quod volare non possit, habatur alius airo fortior [et] fiet trayna de illo. Quo capto, submittatur alius airo debilis et permittatur, quod iugulet ipsum [et] pascetur de airone vel de aliis bonis carnibus, ut iam dictum est. Trayna autem de airone volante debet fieri pluries, ut bene cognoscat aironem et audacter capiat. Et omnia, que dicta sunt de traynis, fienda sunt magis [vel minus] secundum audaciam sacri maiorem vel minorem.⁵

DE TRAYNA

Hic autem modus traynandi ad airones sufficiens est girofalcis, sacris et gentilibus, tam peregrinis quam non peregrinis. Falconibus tamen layneriis, pro eo quod sunt minoris audacie et minoris fortitudinis ceteris, non sufficiet. Sed tanto amplius continentur et multiplicentur trayne ipsis ad airones, quanto minus audaces et minus fortes et minus veloci sunt ceteris falconibus. Et [idem fiat] de omnibus aliis falconibus plus et minus in speciebus et post in individuis secundum ¹⁵ maiorem audatiam vel minorem.

De locis, ubi inveniuntur plures airones

Dicto de falcone sacro, quomodo traynatur ad airones, et quantum¹ ^{108^ab} sufficit, antequam dicatur, qualiter iactatur, et qualiter volat ad airones, et qualiter venantur ipsos, convenit, ut dicatur, ubi et quando ²⁰ inveniuntur plures airones, scilicet in quibus regionibus plus, et secundum que tempora anni, [et] in quibus specialibus locis illarum regionum plures habentur.

De eisdem. In frigidis vero regionibus per ver et per estatem multo plures sunt quam in calidis regionibus, verbi gratia in quinto climate, sexto et septimo plures, et secundum hunc modum multi in quinto, plures in sexto et multo plures in septimo. In hiis enim locis circa principia veris nidificant et nutrimenta filios, qui usque ad finem estatis commorantur in locis, qui vicinantur in locis, in quibus nati sunt, recipientes nutrimentum, augmentum et fortitudinem tam a matribus suis quam per se, dum sol scilicet arietem ingredierit et pro-³⁰

cesserit usque ad virginem, et hoc tempus est a medietate Martii usque ad medietatem Augusti vel circa. Et propter aliam causam in dictis locis morantur vere et estate, scilicet quia tunc illie abundant aque, in quibus possunt piscari et habere cetera, de quibus nutruntur naturaliter, et aque septemtrionales copiose sunt variis generibus piscium. Et bene dictum est circa initia veris. Huiusmodi namque aves sunt de illis, qui primo nidificant et pullos generant. Iam enim nati sunt, cum sol procedit ad arietem.

DE LOCIS UBI NIDIFICANT

Nidificant autem in cannetis paludum et in arboribus prope aquas, ut in primo tractatu dictum est. Morantur autem prope flumina et prope aquas parvas et nidificant, ut possint in talibus locis piscari pro se et pro suis pullis. Et aliquando in terris aratis prope aquas conservantur, prope lacertas, serpentes et cetera reptilia, de quibus vivunt.¹

DE AUTUMPNO

Veniente vero autumpno, hoc est circa finem estatis et principium autumpni, dum sol est in virgine et procedit ad libram, cum iam percreverunt filii et ipsi sint presagii future hiemis, - que hiems in duabus nociva est vite eorum, videlicet quod congelat aquas, in quibus propter hoc piscari non valent, et acerbum frigus imminet, quod tolerare non possunt - congregant se et preparant ad hoc, ut ante adventum hiemis transeant ad loca calida, in quibus nec congelantur aque neque est frigus acerbum per hiemem. Et hoc initio autumpni multi inveniuntur pariter congregati, ut transeant, et iam transitus eorum incipit tunc, sed multo plures inveniuntur, quando sol iam est in libra, hoc est circa medietatem Septembris, tunc enim transitus eorum est abundantior. Et in isto tempore autumpni, quando transiunt, inveniuntur sepius congregati in fluminibus, magnis aquis et in magnis paludibus et prope ripas maris, unde intrant aque dulces.

De eodem. Et neque ante autumpnum possent transire, cum per estatem nondum firme sunt, neque post autumpnum, cum immineat asperitas frigoris, quod tolerare non possent, et propter hoc in regioni-

bus frigidis pauciores inveniuntur per hiemem. Et illi, qui inveniuntur per hiemem in regionibus frigidis, eligent sibi loca, in quibus sunt fontes et paludes de aquis surgentibus, a quibus, pro eo quod non congelantur in hieme, possunt habere pisces, [et] circa huiusmodi loca hiemale frigus minus est nocivum eis.

3

DE LOCIS

In calidis vero regionibus in fine veris et per estatem, cum iam redierint, illic pauci inveniuntur, et cum tunc pauci inveniuntur in quarto climate, pauciores inveniuntur in tertio et paucissimi in aliis calidioribus climati^bbus, fugerunt nempe a calore et non remanent illic. Sed si remanserint in calidis regionibus, morabuntur in locis minus calidis, in fontanetis et in aquis surgentibus, que per estatem non siccantur et frigidiores sunt. In fine vero autumpni et per hiemem magna copia aironum invenitur in calidis regionibus, ad quas confugierunt propter cibum acquirendum sibi, et propter frigus, quod non poterant tolerare in frigidis regionibus, ut dictum est.

109b

15

DE LOCIS

Et maxime abundant in regione Egypti. Illic enim Nilus incipit augmentari, cum sol incipit intrare cancerum et dum procedit usque ad libram, id est a medietate Junii usque ad medietatem Septembri, qui fluvius est in maiori augmento sui. In tantum enim crescit, quod totam regionem suis aquis cooperit. A Septembre vero in antea incipit decrescere et decrescendo relinquit omnes fossas et omnes vallones plenos aqua et multis piscibus per totam hiemem, propter quod plures airones inveniuntur illic tunc temporibus quam in aliis regionibus calidis, de quibus noverimus. Et propter aliam causam etiam sunt illic plures airones, nam in partibus illis abundant aliquando mures in campis, qui comedunt segetes, quos mures ipsi airones libenter comedunt. Sic ergo, quamdiu solem in capricorno procedens usque ad pisces, hoc est a Decembre usque ad initium Martii, inveniuntur in calidis regionibus plures airones et paucissimi in frigidis, prope aquas omnes scilicet, quas diximus. Et in hieme, tam illi pauci airones, qui remanent in regionibus frigidis circa fontaneta calida, in quibus possunt

20

25

30

piscari, quam illi, qui transierunt ad regiones calidas, eligunt sibi circa loca fluminum et aquarum minorum, ut illuc per totam hiemem possint¹ piscari et morari. Unde non elongantur multum ab istis locis nec permittunt, quod alii airones, precipue, qui non sunt de societate sua, morentur secum aut pescantur in dictis locis, et circa illa loca inveniuntur, usquequo redeat ver, nisi per aliquam causam ab illis locis expellantur.

DE LOCIS

Vere vero redeunte, tam senes quam iuniores redeunt de calidioribus locis ad minus calida et ad frigidas regiones, ut fugiant calorem et desiccationem aquarum et ut inveniant sibi cibum. Senes airones redunt citius quam iuniores de duabus causis: una est, quoniam fortiores sunt et possunt melius volare contra asperitatem frigoris, alia causa est, ut nidificant et pullos generent.

DE LOCIS

Et in redeundo multi inveniuntur congregati in fluminibus et riveriis, ubi sunt pisces, et in locis vallossis congregativis aquarum, in quibus sunt pisces in aquis, in quibus est quoddam genus nigrorum vermium crossi capitum et pectoris, subtilis caude, de quibus dicitur, quod fiunt rane, quando crescunt, et in quibus aquis erunt plures modi vermium convenientium suo pastui. Item airones in hieme et estate inveniuntur assidue circa loca eadem, que sibi elegerant in hieme propter pescationem suam et in estate propter pescationem et propter filios, quos non deserunt. In hieme et in estate non est tempus vendi se de regione ad regionem, in tempore vero transitus, in tempore quoque redditus eorum non inveniuntur semper in eisdem locis propter motum, in quo sunt. Statim enim, quod favebit sibi tempus transeundi aut redeundi, movebunt se de locis, in quibus erunt, ad alia loca.

DE HORIS IN QUIBUS VOLANT

Airones dum sunt in transitu suo aut reditu suo, si tempus habebunt, volabunt quacumque hora diei vel noctis,¹ et hoc est circa ver et autumpnum. In hieme vero non recedunt de locis suis tota die neque tota nocte, nisi velint se mutare de una aqua ad aliam aquam, qui tunc

volabunt, vel summo mane, vel circa occasum solis. In estate etiam, quando pullos habent, pascunt bis in die pullos, mane scilicet et sero, sed ceteris horis stant circa pullos suos et prope nidos.

De temporibus anni convenientibus docere falcones ad airones

Dicto, in quibus locis, quarum regionum et secundum que tempora anni plures inveniuntur airones et frequentius, dicatur nunc, que tempora anni convenientia sunt ad incipiendum docere et ad docendum falcones ad aironem. Verum quoniam omnia tempora non sunt equaliter convenientia, dicatur, que tempora sunt magis convenientia. 5 10

DE REGIONIBUS

In illis regionibus, in quibus nidificant airones, melius est docere falcones ad airones eo tempore, quo nidificant. Inveniuntur enim plures airones, tam pro traynis siendis quam pro facere volare falcones ad ipsos illo tempore, quo exeunt airones de nidis, id est circa medietatem Junii, quando sol scilicet intrat cancerum. Et tunc sunt airones debiliores, quia sunt iuniores, et minus sciunt se defendere contra falconem, tam volando quam aliis modis defensionum, et aque sunt minores, propter quod non possunt habere defensionem in aquis, unde falco, emissus illo tempore ad aironem, sepius capit. Tunc etiam airones inveniuntur in melioribus locis, nam aque solent tunc esse minores. Preterea tunc sunt tempora meliora, quoniam venti non sunt fortes. Ideo melius volant falcones, airones [vero] defensionem, quam habent in volando, habent tunc minorem, cum non sint venti fortes. Illam vero defensionem,¹ quam habent in volando, melius habent cum vento quam sine vento. Hoc autem tempus, quod dictum est, durat, ex quo exeunt airones de nidis usque ad transitus eorundem. Et hoc habet locum in aironibus iuvenibus, qui sunt nati illo anno. 15 20 110a

DE TEMPORIBUS

Sed etiam post hoc tempus usque per totum Octubrem inveniuntur multi airones in temperatis et calidis regionibus, ad quas transeunt. 30

Licet autem airones magis et magis crescant et fiant fortiores, [flunt] et ipsi falcones fortiores, audaciores et doctiores, unde in predictis temporibus quanto tempestivius haberi poterunt falcones completi et firmi pennis et corpore, tanto melius erit incipere docere ipsos. Quales sunt

sacri, gentiles et laynerii, quoniam habentur citius, maxime in locis, in quibus nidificant, sive nidassil fuerint, sive postquam primo exiverunt a nidis. Qui, si in dictis temporibus docebuntur, tantum erunt assueti et docti, quod, quando veniet hiems, minus nocebit ipsis asperitas temporis et locorum. Ob hoc etiam similiter tempus precepit.

Dens autumpnum convenientius est quam autumpnus, nam autumpnus adeo est propinquus hiemi, quod, qui incipient in autumpno, non poterunt esse tantum docti neque tantum assueti, ut sint tantum sufficientes contra asperitatem hiemis, quantum illi, qui incipiunt per estatem. Et in autumpno sunt etiam airones fortiores, horum siquidem fortitudo contraria est falconibus noviciis. Quod etiam prius est in autumpno, melius est quam medium autumpni et quam finis. Unde quanto circa principium autumpni fieri poterit, tanto melius erit quam post, et in medio melius est quam circa finem.

De eisdem. Post estatem vero et autumpnum¹ convenibile est tempus redditus similiter, namque multi inveniuntur airones et in parvis aquis, ut dictum est. Et falcones sunt fortes, et si volaverunt per hiemem, scient melius volare in tempore redditus. Alia etiam causa est, quia in temporibus redditus succedunt tempora meliora et, postquam erunt tunc docti et bene incarnati, poni poterunt in muta et in exitu de muta, pro eo quod recordatur facilis boni usus, quod habuerant, facillime erit reaptare ad aironem. Itaque propter causas dictas tempora, que precedunt hiemem, convenientia sunt ad incipiendum docere falcones ad aironem, et post illa tempus redditus.

DE NON CONVENIENTIBUS

In hiemali vero tempore si incipientur doceri, non esset tempus convenibile. Airones essent tunc fortes, nec de facili falcones possent eos capere, haberent namque defensionem maiorem per tempus et locum. Et cum frequenter deficerent capere, falcones de facili fierent repulsati sic, quod non esset postea facile docere falcones ad aironem, precipue,

cum in quinto, sexto et septimo climate, in quibus pauci sunt airones per hiemem, hiems est inconvenibilis ad incipiendum docere falcones. Nam venti et pluvie abundantes plurimum tunc contraria sunt falconibus, flumina enim et riverie maiores flunt ex pluviis tunc, et in maioribus aquis cum maiori difficultate capiuntur airones. Sed ubi conge-
lantur aque minores per hiemem, ipsi airones retrahunt se ad aquas maiores in paludibus, que congelari non possunt, quoniam in eis ha-
bent escam et defensionem, et sic in maioribus aquis difficilius capi-
untur. Preterea acerbum frigus et venti et cetere asperitates hiemis effi-
ciunt falcones desides' ad volandum. Ex predictis itaque patet, que tem- 110'a
pora magis convenientiunt ad incipiendum docere falcones ad aironem et que non.

De temporibus convenientibus ad iactandum falconem

Postquam dictum est, que tempora anni magis convenientia ad inci-
piendum docere et ad docendum falcones novicos sacros ad airo- 115
nem, dicatur, qualia tempora magis convenientiunt ad iactandum huius-
modi falcones ad aironem, et que hore diei.

DE TEMPORE SERENO

Illud igitur tempus, quod est serenum et tranquillum, melius est ce-
teris temporibus, quoniam penne alarum et caude falconum in tali 120
tempore sunt sicciores et duriores, quales necessarium est habere fal-
conem ad volandum.

DE TEMPORE NUBILOSO

Tempus vero nubilum, si est sine vento, etiam bonum est, quod in eo 125
non est aliquid, quod contradicat falconi.

De eodem. Tempus nubilosum inconveniens est et contrarium fal-
coni et homini. Homo enim in tali tempore non potest videre, quo volet
falco, et si falco cuperit aironem, nescietur, ubi cuperit. Et si non ce-
perit, cum debeat revocari ad loyrum, nescietur, ad quam partem loy-
rari debeat, nec falco poterit videre loyrum. Unde falco de facili posset 130
amitti in tempore nubiloso, et in tempore nubiloso penne madefiant.

DE TEMPORE PLUVIOSO

Tempus pluviosum, et qualemcumque tempus madidat pennas, inconveniens est, quia impedit volatum falconis. Sed aironibus non nocet tantum, nam penne aironum ad aquam non madidantur, aironum quoque defensio in volando scandendo in altum. Cum itaque pennas habuerit madefactas, non poterit exsuperare aironem, et motus ad gressum est sibi gravis, et hunc motum non potest facere, nisi cum adiutorio pennarum, et madefactio est contraria pennis, quoniam non potest se iuvare cum ipsis ad hoc. Et propter hoc non potest ascendere sursum 110^b pennis madefactis, quare nequit pervenire¹ ad aironem.

DE TEMPORE VENTOSO

Tempus ventosum forti vento semper est contrarium sacro novicio, cum enim airo levis sit et plomosus, longas habens alas, iuvatur vento ascendere sursum, ad quem locum falco sacer novicius non ascendet. Et hoc erit forte, vel quia nolet, cum adhuc non ceperit airones, vel non poterit, quia non est tam audax et velox ad ascensum. Unde accidere poterit, quod sacer novicius fallet et non capiet, quod erit inconveniens. Si etiam airo est in aqua, que non est magna, cum ventus proliciat ipsum extra aquam, et ipse airo videat, quod non possit habere recursum ad aquam, per quam aquam habebat unam de maioribus suorum defensionum, ascendet airo adiutorio venti et accidet inconveniens predictum. Ad aironem autem existentem in magnis aquis aut in ceteris impedimentis falco novicius nullo modo est iactandus, ut dicitur infra.

DE HORIS CONVENIENTIBUS

Hore vero convenientes sunt a mane usque circa tertiam et a vespere diei usque ad occasum solis, in intermediis autem horis diei non hore sunt convenientes ad iactandum falconem sacrum ad airones. Nam in hiis horis timendum est pro falcone de aquilis et vulturibus volantibus desuper aera, et in eisdem horis calor intensus est per ver et estatem, qui non permittit falcones bene volare nec multum laborare, sed in hieme in illis horis posset iactari.

DE LOCIS CONVENIENTIBUS

Et nunc dicatur, qualia loca sunt convenientia et qualia non ad iactandum falconem novicium ad airones. Loca concava per naturam vel per artificium, collectiva aquarum pluvialium, carentia arboribus, a quibus locis facile retrahuntur airones, si opus est, convenientia sunt, homines enim facillime expellent airones a talibus locis.⁵

III a

DE FLUMINIBUS CONVENIENTIBUS

Et post loca dicta convenientia sunt flumina parva, tortuosa, de talibus enim fluminibus expellitur et trahitur cito airo. Per revolutiones vero fluminum airo cito se inveniet elongatum ab aqua. Sed si talis riveria defluat per silvas aut habeat arbores consitas circa margines riparum sui alvei, non erit locus conveniens. Falco enim, descendendo ad percutiendum airone in talibus locis, resultando desuper ad percutiendum iterum, posset se ipsum percutere ad illas arbores vel ad ramos. Et ipsi falcones nesciunt naturaliter divertere inter arbores neque volare.¹⁰

10

15

DE NON CONVENIENTIBUS

Loca magnarum aquarum et maiorum fluminum, a quibus aquis non possunt retrahi airones per homines, non sunt convenientia ad iactandum novicium ad airones. Nam si iactatur ad airones in talibus locis, airo non potest retrahi a talibus aquis, quando opus erit, et iam falco defatigabit se et desuperat, unde poterit fieri repulsatus. Hec sunt loca, in quibus iactari poterit falco novicius convenienter. Nam ad alia loca iactari non debet, quo usque cognoscatur modus volatus sui. Et propter hoc videamus, quot sunt modi volatum falconum sacrorum ad airones, et [cum] unusquisque falco secundum manneriem suam in loco et in tempore sibi convenienti iactetur, ponatur hoc capitulum de modis volatum sacrorum ad airones.²⁰

20

25

DE SEPĀRĀNDIS AVIBUS PRO QUIBUS DIMITTERET AIRONEM

30

Quoniam naturale est omnibus avibus rapacibus dimittere maiores aves pro minoribus vel pro illis, quas facilius capere possunt, stu-

dendum est, quod alie aves non sint prope airones, pro quibus aliis
avibus creditur, quod falco debeat dimittere airones. Fiat autem hoc
modo. Aliquis homo equitet inter aironem et illas alias aves,¹ si illic
fuerint. Et quomodocumque accidat, sine quod airo surgat et recedat
ab illis avibus, scilicet, quod alie ille recedant ab aironem, quantum suf-
ficiens est ad iactandum, bonum est iactare. Et si non separaverint se
prima vice, quantum sufficit, iterum equitetur ad separandum vel
aironem ab illis vel illas ab aironem, utrum commodius fieri poterit
secundum situm loci et motum venti. Melius tamen est, quod alie aves
removeant supra ventum quantum ad aironem minus longe, quam
sub vento etiam multum longe. Naturale siquidem est aironum volare
sepius cum vento, sic enim airo iugeret se facile ad alias aves, et falco
posset tunc dimittere aironem pro aliis avibus.

DE MULTITUDINE AIRONUM

Multitudo vero aironum simul existentium in hoc non est contraria,
quod alii iuvent alium contra falconem, sicut accidebat de gruibus -
unus enim nunquam iuvat alium - sed in hoc est contraria, quod
falco inter multos airones nunc istum, nunc illum percutiet, nunc
istum pro illo, nunc illum pro isto dimittet, et talis sua transmutatio
est alleviamen aironibus, falconi vero fatigatio et gravamen, immo
potest falco de facili perdere unum pro alio.

De eadem. Item, si sequestrati essent airones ab invicem et plures
habeantur falcons, possent iactari ad tot airones, vel tot volatus de
uno falcone possent fieri, quod essent airones ab invicem separati.

De eadem. Item, si iactaretur falco ad omnes airones congregatos,
aliquis airo videret falconem et omnes similiter affugerent, sed si
fuerint separati, poterit falco iactari ad unum, et volatus falconis pot-
erit perfici. Alii tamen non recedent a locis aquarum, in quibus erunt,
quia non videbunt illum volatum, nec pavescunt. Propter hoc melius
est separare airones et ad separatos iactare quam non separare¹ et
quam ad congregatos iactare.

SIGNA DE NON RECEDENTI AIRONE

Quando airo tenet collum et caput recollectum ad pectus et humeros
et stat quietus et non volvit caput versus ventum, signa sunt, quod

non vult recedere. Sed quando tenebit collum extensem et erectum et corpus erexerit super pedes et alas et pennis ad se compresserit et ambulare ceperit, volvendo suam faciem contra ventum, signum est, quod vult recedere.

DE ORDINATIONE STABILIARUM

5

Quamvis non multum esset opus mittere stabilias ad succurrendum falconi sacro volanti ad airones, pro eo quod airones sunt debiles et parum possunt nocere falconi, tamen opus est ordinare stabilias secundum qualitatem loci et temporis. Si est rivera invadabilis et inmeabilis, vel profunditate aquarum vel altitudine riparum vel terra limosa, que subest aque et adiacet flumini, convenit, ut mittantur homines ex alia parte rivere, non tantum, ut defendatur falco a nocumentis, que sibi potest inferre airo, quantum ad hoc, sed ut levetur airo, quando levari debebit, et hec stabilia debet esse ex opposito eius, qui iactabit falconem. Et due alie stabilie erunt sub vento ex una parte fluminis et alia ex alia parte, si ventus erit, qui veniat per longum fluminis, et fluvius sit invadibilis. Sed si est meabilis, una stabilia tantum sufficiet sub vento. Si vero due fuerint sive una, debent elongari plus secundum fortitudinem venti. Et si rivera vadabilis est, quod canem succursorem non possit impedire altitudine riparum vel profunditate aque, sufficiet habere unum canem doctum succursorem. Et si rivera non est vadabilis, oportebit habere duos canes succursores, unum ex una parte rivere, alterum ex altera, et ambo isti canes debent esse docti succurrere, ut supra docuimus.¹

10

15

20

111^ab

De locis et temporibus inconvenientibus et impedimentis ipsorum

25

Quamvis dictum sit sufficienter, quomodo traynandi sunt falcomes sacri ad aironem, et quamvis dicta sunt cetera, que observanda sunt, priusquam falco iactari debeat ad aironem, cum summo opere cavendum est, ne falco novicius fallat primo, quando incipit iactari, esset enim multum nocivum, si primis vicibus falleret et non caperet. Et cum nullum sit, per quod possit fallere quam per incon-

30

venientiam locorum et importunitatem temporum, oportet, ut dicatur, qualiter cavenda erunt impedimenta temporum et locorum.

DE LOCIS ET TEMPORIBUS

De locis itaque et temporibus eligenda erunt meliora, que supra dicta sunt, pro falcone novicio maxime.

QUOMODO DEBET EQUITARE

Et postquam airo inventus erit in loco convenienti, qui dictus est, si non flabit ventus, equitandum erit vel a superiore parte fluminis vel ab inferiori, quomodocumque libebit ad iactandum falconem sacrum
10 ad aironem, et si ventus flabit paucus, tantum observandum erit, ut iactetur contra ventum.

De eodem. Item, quampus airo sit de avibus, que diu expectant, non tamen equitandum est nimis prope ad iactandum ad ipsum. Sed qui iactare debebit, distet tanto spatio, quantum spatium erat, quando
15 magis a longe traynabat. Et tamen spatium magis convenit falconi quam minus, ut bene habeat impetum sui volatus et, si airo ascenderet ad altum, falco possit citius pervenire ad ipsum et percutere et capere et, si capere non posset illa vice ipsum propter revolutiones aironis,
20 posset facilius resurgere ad percutiendum iterum, quia qualibet vice airo esset subtus. Et propter hoc etiam pro falcone novicio primis vicibus si poterit haberi collis aliquis aut ager aliquis, ab ipso iactandus erit falco, ut ab altiori volet. Prius vero, quam¹ perveniatur
25 ad locum, a quo iactari debet, mittendus est unus eques ad faciendum levare aironem, qui eques ducat secum canem succursorem. Et ille, qui sic ibit ad levandum aironem, ponat se inter illum, qui portat falconem, et inter aironem, et iste idem non prius levet aironem, quam ille,
30 qui tenet falconem, non precipiat isti ire ad levandum aironem, nisi prius preparatus sit falco. Unde, si falco erit de illis, qui non sunt usi capello in eundo ad iactandum, opponi debet persona portantis falconi, ne videat aironem, quia posset se diverberare desiderio volendi volare ad aironem. Unde, quando erit prope locum iactus, stet et exspectet, quod falco egerat et se excutiat, si voluerit. Sed si est de falconibus,
qui portant capellum, quando pervenitur ad locum iactus, stet et remo-

beat capellum de capite falconis et expectet, quod falco egerat, excutiat
se et preparat ad volandum, si hoc facere voluerit. Postquam falco hec
fecerit preparamenta, ille, qui tenet falconem, precipiet, quod ille levet
aironem, [et extunc ipse levet aironem] non nimis acriter, nec nimis
impetuose, et sinat canem currere illuc. Et ille, qui falconem tenet, tunc
faciat versus aironem girum cum falcone, quod falco videat aironem
surgentem, et attendat ad falconem, quem si viderit diverberare ver-
sus aironem, impellat falconem et dimittat ire. Etiam si non viderit
ipsum diverberare, sed tamen viderit, quod se dstringat et intuitum
in aironem infigat, impellat manu suaviter et sinat abire et attendat,
quando falco pervenerit ad aironem et percutiet ipsum, ut percipiat
maneriem sui volatus. Si erit de illis, qui lentii sunt et non timent
aquam,¹ per hec signa cognoscet. Quando airo erit super aquam,
falco percutiet ipsum audacter quemadmodum extra aquam. In eo vero
cognoscetur latus, quod post percussionem suam non exsurget
alte.

SIGNA FALCONIS TIMENTIS AQUAM

Si vero est de illis, qui sunt velocis volatus et timent aquam, cogno-
scetur sic. Quando airo refugiet ad aquam, falco non audebit ipsum
percutere, sed expectabit, quo usque airo divertat ab aqua, et tunc ip-
sum percutiet. Sed in eo cognoscetur esse velox, quod post percus-
sionem semper exsurget alte tantum, quod airo semper suberit ipsi.
Et si est de illis, qui habent utramque bonitatem, erunt in ipso utraque
signa.

DE LEVATIONE AIRONIS

Illi itaque, qui latus est et aquam non timet, permittatur airo levari
a cane, ut dictum est, et si non aderit canis, levabitur ab homine, ca-
vendo, quod non levetur impetuose, et cavitur, ne airo ascendat. Si
autem airo ad aquam se reddere vellet, appropinquet illuc et prohibeat
per suam appropinquationem aironem descendere ad aquam, non
vociferando nec ducendo manus, ne falco credat se loyrari et per hoc
aironem dimittat.

De eadem. Alio vero, qui timet aquam et est velox, levetur airo im-
petuose, ut ab aqua recedat, per canem, si airo dimittet aquam per

ipsum. Sed si per canem non dimittat aquam aut si canem non habuerit, per hominem levetur airo eo modo, qui dictus est, ut ex toto expellatur ab aqua.

De eadem. Illi autem, qui utramque habet bonitatem, levetur impetuose, nam quamvis aquam non timeat hic falco, tamen facilius est ei capere aironem extra aquam.

De eadem. Ille autem, qui levabit aironem, statim, quod videt falconem iam volare, stet et non recedat de loco suo. Ideo autem hic, qui ivit ad levandum aironem, inter illum, qui portat falconem, et inter aironem se posuit, ut¹ airo in levatione sua elongaretur ab illo, qui iactare debebat falconem. Nec clamare debet neque currere versus aironem, quia falco, qui missus est ad aironem, si videret ipsum currentem et audiret clamantem, posset dimittere aironem et intendere huic, quasi debenti iactare sibi loyrum. Et preterea, si curreret et clamaret versus aironem, auferret defensionem aque aironi, et airo, carens defensione in aqua per illum et confisus de alia defensione, quam habere potest per motum et per divolutiones alarum suarum, conaretur arripere fugam, ascendendo in sursum. Unde falco novicius, qui non esset usus capere nisi debiles airones de trayna nec esset usus capere et ascendere ad aironem in sursum, posset dimittere aironem.

DE UTILITATE CĀNIS

Canis ad hoc mittitur utiliter illuc, ne airo, timens falconem venientem ad se, possit descendere ad sedendum in aqua vel prope aquam, tamquam confugiens ad suam defensionem: vel enim airo timebit descendere propter canem vel, si descenderit, canis coget ipsum iterato surgere totiens, quotiens descenderit airo. Et oportet, quod, quotiens airo descendit ad redeundum, cogatur surgere, nam si staret in aqua vel prope, falco non auderet capere ipsum, timet enim aquam. Et si falco esset audax descendere ad aironem in terra prope aquam, pro eo quod usus erat in terra traynando capere aironem, airo opponet rostrum falconi venienti et percuteret ipsum vel, si falco caperet iterum, airo faceret idem. Et nisi elevaretur airo, falco circumvolare diu non posset, affectus enim tedio dimitteret aironem, vel, si accideret, quod aliam

avem videret, diverteret illuc. Et hoc, quare oportet, quod levetur airo,
quotiens¹ descendet, per canem vel per hominem. Per canem autem con- 112^b
venientius est levare ipsum quam per hominem, nam si homo curre-
ret ad levandum, accideret, quod airo timens de homine ascenderet
sursum, quod non facheret propter canem. Airo enim non tantum timet 5
de cane, quod propter ipsum ascendat, ut se defendat per ascensum.
Preterea, cum airo pluries percussus fuerit a falcone et fatigatus,
poterit accidere, quod canis capiet aironem descendentem. Quando
falco persequitur aironem percutiendo ipsum et ventus cogat aironem
redire ad volandum sub vento et transeat volando ultra illum, qui 10
levabit ipsum, et ultra illum, qui tactavit falconem, et propter persecu-
tionem, quam exercet falco in airone, ipse airo descendat ad aquam
ultra eos sub vento, ipsi elongent se ab aqua, ne, si propinqui essent,
cogant aironem surgere iterum cum vento, et currant subtus ventum,
ut airo remaneat supra ventum quoad ipsos. Et quando levabunt ip- 15
sum, levent ipsum contra ventum, et quotiens hoc accidet, et ipsi si-
militer faciant. Hoc autem ideo fit, quia timore hominum, qui sunt
sub vento, airo tendet versus campaniam, ex una parte rivere aut ex
alia elongatus, propter quod falco invadet ipsum securius. Preterea
levare ipsum contra ventum est fatigatio aironi, unde facilius capie- 20
tur per falconem.

DE IACTU FALCONIS

Si airo inveniatur in locis parvis receptivis aquarum pluvialium et
non sit ventus, poterit equitari circumquaque ad iactandum falconem
ad ipsum, et si erit ventus, ita equitetur, quod iactetur contra ventum. 25
De homine vero, qui mittitur ad levandum aironem et de cane facien-
dum erit, ut predictum est.

De eodem. Si vero, quando itur ad iactandum¹ ad aironem, non habeat
tur canis successor, oportet, quod ille, qui vadet ad levandum airo-
nem, levet ipsum, secundum quod dictum est. Et postquam airo leva- 113^a
tus est, iactetur falco, et ille, qui levavit aironem, stet, donec falco
pervenierit usque ad ipsum vel donec transierit, et tunc currat post
falconem. Nam si curreret, priusquam falco pervenisset illuc ad ip-
sum, falco, videns ipsum currere, posset dimittere aironem et venire
142

ad ipsum spe, quam haberet de loyro, et per suum cursum posset tegere aironem, ita quod falco non videret aironem, et falco, non vi-
dens aironem, posset divertere ad aliam partem. Ad hoc autem currit hic post falconem versus aironem, ut quotiens airo, cum fugiet ad aquam pro sua defensione, ipse totiens levet ipsum, tamen sine clau-
more et sine motu manuum, ut dictum est, nam per clamorem et per motum manuum falco forte attenderet ad hominem, sperans de loyro, et non attenderet ad aironem.

DE LEVATIONE AIRONIS

Et si ventus erit et veniat per longum fluminis et airo volat ad ven-
tum et contingat, quod falco, percutiens ipsum, impellat ad terram post ipsum, sub vento scilicet, ipse non ex loco, in quo est, levet aironem, sed currat taliter infra, ut levet aironem contra ventum, ut dictum est.

DE TRANSITU

Sed si ventus veniat per transversum fluminis, ipse, postquam leva-
verit aironem, transeat tali modo, quod falco impellat aironem ad riveram inter ipsum et illum, qui iecit falconem. Et ille, cum magis erit propinquus airo, levet ipsum, unus scilicet contra alium, et sic airo vi venti elongabitur a flumine ad campaniam, ubi securius inva-
deretur, et non habebit refugium ad aquam, quoniam non potest vo-
lare contra ventum. Et si airo, levatus per alterutrum aut per utrumque et coactus exire ad campaniam, redeat ad riveram ultra alterum ipso-
rum, ille, cui airo propinquior erit, elongando se ab aqua ultra airo-
nem redeat ad aquam et alias appropinquet, et tunc levent dictum aironem, ut dictum est.

DE LEVATIONE FIENDA

Si tamen videbitur, quod falco bene invadat aironem, ut non possit evadere per alas, erit levandus impetuose airo, ut fugiat a flumine.

DE LEVATIONE NON FIENDA IMPETUOSE

Et si falco non potenter invadat aironem, non erit levandus acriter airo neque impetuose, ne ipse ascendat.

DE RECESSU FACIENDO

Et si viderint, quod incipiat ascendere, ambo recedant a flumine, ut airo speret per recessum eorum redire ad aquam, et multotiens ad aquam descenderit, et multotiens faciendum erit, quod dictum est, et quotiens ad aquam descenderit, totiens levetur. Et ipso levato, ab ⁵ aqua recedant, ne ascendat, et sic non ascendet, sperans de recessu hominum. Et spem, quam habet de aquis, perdet per hominem, et levabunt ipsum, et sic carebit utroque, unde facilius capi poterit. Nam si fierent supradicta, aut falco capiet aironem aut ledet aironem percussionibus, sic quod homo poterit capere ipsum, aut non percussione= ¹⁰ bus, sed fatigationibus reddet eum tantum debilem, quod homo capiet ipsum vel canis, si habebitur successor. Si falco ceperit ipsum, accedit homo illuc et infigat rostrum in terram et dimittat aironem falconi, stans prope, ut, si contingat, quod airo retrahat rostrum a terra, ipse iterum infigat, aut, si airo cum suis pedibus nocere vult ¹⁵ falconi, quamvis parum vel nichil¹ ledere possit cum pedibus, ipse ^{113^a} detineat pedes, et permittat, quod falco decollet aironem, et dimittat ipsum falconem sic stare super aironem, donec deplumet et incipiat comedere in aliqua parte aironis. Qui si incipiat comedere in alia parte quam in pectore, det sibi pectus et deplumet ipsum pectus et ²⁰ vindicatur corium in quavis parte pectoris, et illic permittat comedere. Et si falco inceperit per se deplumare pectus et rumpere corium pectoris, ipsum corium per hominem dilaceretur amplius, et permittatur falco ibidem comedere, non tamen usque ad complementum pastus sufficientis, sed tantum accipiatur de carnibus illis, quantum sufficiet ²⁵ ad complementum sui pastus, et cum eo levetur falco desuper aironem, et in eo compleatur sibi sui pastus.

DE MEDULLA DANDA FALCONI

Sunt etiam aliqui, qui ad maius delectamentum falconis, postquam paverint ipsum super aironem et levare volunt ipsum desuper aironem, accipiunt de duobus focilibus ale maius facile et frangunt ipsum utrumque prope utramque extremitatem, et tunc preponunt pilosam extremitatem penne alicuius per strictius foramen illius ossis, expel= ³⁰

lentes medullam, quam dant falconi. Nos autem in hoc non facimus magnam vim.

QUID DEBET FIERI DE AIRONE LESO VERBERIBUS

Si autem homo ceperit aironem lesum, verberibus illatis a falcone, attendat falconem, et si viderit, quod circumvolet desuper in circuitu super locum, ubi captus est airo, non revocet falconem ad aironem captum cum loyro, sed accipiat aironem per rostrum cum una manu et per alam cum alia, et ostendat ipsum aironem falconi, non vociferando, sed, falcone veniente ad aironem,¹ infigat rostrum in terra et faciat ut supra. Si falco timeat accedere propter hominem, ipse homo infigat in terra rostrum aironis et recedat, quo usque falco sit super aironem, et tunc faciat ut supra.

De eodem. Si vero viderit, quod falco non circumvolet, sed vadit ad sedendum prope, homo accipiat aironem et, ostendendo ipsum falconi, faciat ut supra.

De eodem. Et si hic ceperit aironem fatigatum per falconem, fiat de hoc ut supra.

DE MODO PER QUEM CAPITUR AIRO

Et si canis habeatur successor et capiat aironem, hoc erit aliquo istorum modorum. Aut falco capiet aironem et canis post adveniens capiet ipsum aironem sub pedibus falconis, et tamen falco non recedet, aut falco capiet aironem et canis post adveniens capiet ipsum aironem, et propter adventum canis falco recedat, aut canis capiet aironem et falco post adveniens superinsidebit aironi, tenente cane ipsum aironem, aut canis capiet aironem et falco post adveniet, tamen pro timore canis non superinsidebit aironi.

DE PRIMO QUI EST PERICULOSUS

Et istorum modorum primus periculosus est. Falconi posset enim accidere, quod canis in impetu veniendi non dignosceret falconem et lederet ipsum, impellendo vel pessundando. Et posset accidere, quod aliis canis, qui non esset doctus, posset illuc accedere, unde falco esset in periculo.

DE TERTIO

Tertius modus similiter est periculosus, minus tamen primo, pro eo quod canis, qui iam cepit et detinet aironem, non capiet falconem. Non enim desinet aironem, quem tenet, neque in suo adventu poterit impellere falconem, cum prius venerit canis quam falco, neque aliter ledere, si non sit de canibus excutientibus.⁵

114 a

DE SECUNDO ET QUARTO MODO

Secundus modus et quartus magis laudabiles sunt. Nam, si falco ceperit aironem et adveniente cane recedat, aut si canis ceperit aironem et falco post adveniet, non tamen superinsidet aironi, utrumque laudabile est, quoniam falco vix poterit ledi a cane.¹⁰

DE CANE REMOVENDO

Quando igitur falco ceperit aironem et canis post adveniet, falco tamen non recedet, accedat illuc, qui prius poterit. Et removendus est canis sine increpatione et sine minis, quando nichil mali fecerit. Sed si excutiat aironem aut noceat falconi aut aliud malum faciat, minandum est ei, ut per huiusmodi minas desinat hec mala facere, immo non faciat neque assuescat. Si vero minaretur ei, quando nullum malum fecerit, aut ipse canis desineret aironem, unde airo affugeret, aut asportaret aironem per huiusmodi minas, et in asportando contingenteret, quod canis pessundaret falconem, qui falco tenet se cum airone, aut retraheret ipsum tenentem aironem.¹⁵

QUID FIERI DEBET QUANDO REMOTUS ERIT CANIS

Remoto itaque cane, ut oportebit, dimitatur falco super aironem, et infigatur rostrum aironis in terram, et ad maiorem cautelam pedes aironis tenendi erunt, quamvis parum possit ledere cum pedibus, ut supra dictum est.²⁰

DE CANE REMOVENDO

In omnibus ceteris modis canis removendus est, ut dictum est, sive falco supersit aironi, sive non. Et airo tenendus est, et, infixo rostro aironis in terram et detentis pedibus aironis, si opus est, airo falconi.²⁵

dimittendus est, et canis dandus est alicui ad detinendum. Nam si non
detineretur, cum porrigitur airo falconi, posset illuc canis accedere,
114 b et propter¹ hoc falco iubaret aironem.

QUID DEBET FIERI DE AIRONE CAPTO

Et si homo, qui removet canem, solus est, ipse infigat rostrum aironis in terra, tenendo canem, et recedat et dimittat aironem falconi, et postea accedit illuc sine cane. Et postquam erit illic, prohibeat canem, si advenire velit, et permittat, quod falco decollet aironem. Et si est hic primus airo, quem ceperit, pascet ipsum de airone, ut dictum est. Et 10 sic faciat usque ad tertium aironem, et si pluries fecerit hoc, et falco melius et libentius volabit ad ceteros airones.

DE FALCONE ITERUM IACTANDO

Et si pascere non vult falconem, pro eo forsan, quod vult ipsum ad 15 alias airones, det sibi cor aironis tantum et cum corde illo levet falconem. Sic faciendum est, quando falco capiet. Quid autem faciendum est, quando non capiet, amodo dicatur.

Dictum est de capientibus, sequitur de non capientibus

Contingit autem sepe, quod falco sacer lactatus ad aironem non capiet ipsum. Hoc erit propter multas causas, quarum quedam procedunt a falcone, quedam aliunde proveniunt, a falcone vero, aut quia non poterit aut quia nolet. Si quia non poterit, erit aut propter infirmitatem aut propter maciem nimiam aut propter inconvenientiam pennarum, si quia nolet, aut propter crassitatem nimiam aut 25 propter inordinationem et insufficientiam trayne, aut quia volet plus redire ad hominem spe loyri quam ire ad aironem, aut quia vadit ad aliam avem libentius, pro qua dimittet aironem.

DE CAUSIS QUE PROVENIUNT ALIUNDE ET NON A FALCONIBUS

Cause, que aliunde proveniunt quam a falcone, aut erunt a loco aut a 30 tempore aut ab aliis avibus, per quas male tractatur, aut de quibus¹

timet falco, ita quod impeditur in volatu suo a loco aut habente aquas aut nemora aut alia impedimenta localia, a tempore aut ventoso aut pluvioso aut habente alias malas qualitates ab aliis avibus, que non permittunt falconem capere aironem, aut propter alium falconem agrestem et alias aves, ut sunt corvi, cornices et huiusmodi, que impediunt ipsum, aut propter aquilas, vultures et huiusmodi aves, de quibus timet. Iste sunt cause, per quas contingit, quod falco impeditur in capiendo aironem.

DE DIVERSITATE CÄUSARUM QUARE FALCO NON CEPERIT

Dicendum est nunc, qualiter se gerit, postquam non cepit, et qualiter recolligendus est, et qualiter recollectus curandus est ab illis causis aut preservandus. Quando itaque falco non ceperit aironem et causa erit aut propter infirmitatem aut propter maciem aut propter incongruitatem pennarum aut propter locorum inconvenientiam aut propter malum tempus aut propter alias aves, que male tractant ipsum, aut propter aquilas, vultures et huiusmodi, de quibus timet ipse falco, qui non ceperit, aut circumgirabit falco super caput falconarii aut volando recedet aut ibit ad sedendum longe vel prope.

DE CIRCUMGIRANDO

Si circumgirabit se, ipse falconarius descendat de equo et accipiat loyrum, cum manu tenendo dorsum loyri desuper, et movendo loyrum prope terram ostendat falconi, non tamen vociferando, ne credat se loyrari, sed credat esse aironem, et veniente itaque falcone, credat esse carnes. Ad loyrum ponantur carnes, de quibus pasci debebit, occulte sub alis loyri, et extrahantur desuperius, ut falco videns eas carnes de airone et hoc modo¹ recollectus statim pasci debebit.

DE VOLANDO ET RECEDENDO

Si vero falco ex istis causis non cepit aironem neque circumvolet super caput falconarii, sed volando recedit, falconarius eques currat post ipsum. Et si poterit tam velociter currere, quod subsit falconi, faciat, sicut faciebat, quando circumgirabat. Et si non poterit tam velociter currere propter velocem recessum falconis, currendo circumdu-

cat loyrum et non vociferet, nam cum sine vociferatione redibit ad loyrum, melius erit. Viso itaque, quod falco respiciat ad loyrum et ad ipsum redit, descendat falconarius et ostendendo loyrum recipiat falconem et pascat statim. Sed si viderit, quod falco recedens neque respiciat loyrum neque loyrantem, loyrari debet vociferando, ut per voces attendat loyrari. Statim tamen, quod videbitur, quod per voces revertitur versus loyrantem, non amplius vociferet loyrans, sed descendat de equo et recipiat falconem eo modo, qui dictus est, et statim pascat.

DE EUNDO AD SEDENDUM

Si vero falco, qui non ceperit aironem ex aliqua istarum causarum, et non circumvolabit super caput falconarii nec volando recedet, sed iverit ad sedendum prope, falconarius accedat ad ipsum et descendat de equo et tenendo loyrum ducat ipsum prope terram, dorsum loyri desuper, et falconi ostendat et carnibus oppositis, ut dictum est, recipiat falconem et statim pascat. Si statim falconarius non vadat ad ipsum, sed illic, ubi dimisit aironem, descendat [et] movendo loyrum, faciat ipsum venire ad se.

PROPTER MĀLĀS ĀVES

Quando tamen propter alias aves, que male tractant ipsum, aut propter aquilas, de quibus timet, non capit aironem, circumvolet, sive volando recedat sive vadat ad sedendum, et maxime, quando surgeret, loyrandus est,¹ quam citius poterit loyrari et quomodocumque poterit loyrari, vel tenendo loyrum vel iactando vel vociferando vel cum carnibus vel sine carnibus, et recollectus statim erit pascendus. Nam si cito non loyretur in istis duabus causis, propter mala, que sibi essent illata ab aliis avibus, et propter timorem, quem haberet de aquilis et vulturibus, fugiens amitti posset. Et si contingat, cum dum est super loyrum, quod aquile et alie aves, de quibus timet, approximent, eo quod posset aufugere, non solum per amorem loyri vel carnium retinendus est illic, sed etiam per iactos capiendus. Accidit enim multotiens, quod, nisi sic teneatur, aufugit.

PROPTER PINGUEDINEM

Quando vero non vult capere aironem propter crassitatem aut propter amorem, quem habet, ut pascatur, aut propter hoc, quod non fuit sufficienter doctus ad traynam, sive circumvolet sive vadat ad sedendum, non statim revocandus est ad loyrum, sed tandem hiis causis, preci-
pue si iverit ad sedendum, recolligatur sine tiratorio, si poterit fieri, alioquin cum tiratorio. Si non poterit recolligi cum tiratorio, recolli-
gatur cum loyro sine carnibus et sine vociferatione et sine aliis blan-
dimentis, nec revocatus et receptus statim pascendus est, nam si
paseretur, minus libenter volaret aliis vicibus ad aironem, speraret enim revocari et statim pasci.

PROPTER ALIAM AVEM

Item, quando deserit aironem propter aliam avem, quam insequitur, illico, quod divertat ad illam, loyrandus est, quomodocumque melius revocari poterit ad loyrum, et recollectus non statim pascendus est.

15

DE VOLENTIBUS CAPERE ET NON POSSUNT

Omnibus itaque falconibus, qui aironem non capiunt, pro eo quod non possunt et pro aliis impedimentis supradictis, cum non stet per eos, quin capiant airo'nem, et cum faciant totum posse suum circa hoc, confert pascere eos statim, quod recollecti sunt. Sed illi, qui non capiunt aironem, pro eo quod nolunt, confert non statim pascere eos, quod recollecti sunt. Nam si statim pascerentur, confirmarentur in eo, quod male fecerunt, et alia vice deterius facerent.

115 b
20

DE REMEDIIS CONTRA PREDICTAS CAUSAS

Specialia vero remedia, que conferunt falconibus contra causas pre-
dictas, sunt huiusmodi. Quando enim propter infirmitatem acciderit,
cognoscenda erit egritudo per signa, qua egritudine cognita, dimit-
tatur quiescere, et interim curetur, donec sanetur.

25

SI PER MACIEM

Et quando propter maciem, impinguandus est, quantum convenit, et postea adhibenda fames, quam tolerare possit, et postmodum ad airo-
nem iactetur.

30

SI PER INCONGRUITATEM PENNARUM

Quando vero per incongruitatem pennarum, que incongruitas pennarum erit aut propter rupturam aut propter malam mutationem ipsarum, vel omnium vel plurium vel quarundam, si omnium vel plurium, fiat, quod cum alio bono falcone capiat airones, et tunc pondus erit in muta, in alia bona voluntate, quam habet. Nam si cum malis pennis iactaretur sepe, non caperet aironem, et si sepe sic accideret, ipse postea nolet amplius aironem, immo ex hoc repulsaretur. Nam per nullum aliud potest falco aironerius repulsari tam cito, sicut persepe non capere, quod non accidit de falcone gruerio. Postquam enim ceperit gruem, eo ipso, quod grus est fortis et armata rostro et unguibus, accidit, quod, dum capit, ledit falconem, et falco ex hoc repulsatur quandoque, sed airo debilis est, et dum capit, raro ledit falconem. Unde accidit, quod falco repulsatur ex non capiendo aironem.

SI PER RUPTURAM ET MĀLAM MUTATIONEM

Si vero propter rupturam et malam mutationem pennarum quarundam accidet, corrigende erunt propter incisionem aliarum pennarum in eis, ut docetur infra.

SI PER CRASSITIEM

Quando vero propter crassitatem accidet, distringi debet fame, ut docetur in capitulo de macrificatione, et pasci debet carnibus madefactis in aqua.

SI PER SPEM LOYRI

Sed si propter spem loyri accidet, unum remedium est, non recolligere ipsum statim cum loyro, si fieri poterit, nec statim pascere nec sibi satisfacere super loyrum. Et ipse, quando debedit pasci, pascatur carnibus madefactis in aqua.

SI PER IMPERFECTIONEM TRAYNE

Si vero propter imperfectionem trayne accidet, non statim, quod collectus est, pascendus erit, sed eadem die traynandus, si habebitur

airo pro trayna, alioquin inveniantur airones. Et perficiendus erit in eo, in quo fuerat imperfectio trayne, et non volet ad aironem, donec perfecte sit traynatus.

SI PER ALIAM AVEM

Quando vero per aliam avem, quam insequitur, accidet, unum remedium est, revocare statim ad loyrum et pascere tarde de carnibus madefactis in aqua, nam si cito non removeretur, posset amitti vel capere illam avem, quam si caperet, non alia vice caperet aironem tam libenter. Et si capit illam aliam avem, aut est pastus de ipsa aut non. Si non, auferenda est ei, quam citius poterit auferri, et non statim passendus est. Et si paverit se de illa ave, quam cepit, aut nescietur, de qua ave pavit se, aut scietur. Si nescietur, convenient, ut sciatur, et hoc modo sciri poterit. Expectetur, quousque iactet plumamatam suam. Nec cesset, quod iactet plumamatam, pro eo namque, quod famelicus est, avide comedit etiam indistincte carnes cum plumis, et cum non digereret plumas, oportet, quod¹ plumamatam evomat [et] eiciat. Hec igitur plumata lavanda erit et siccanda, et videbitur tunc, de qua ave fuerint ille plumatate. Et hoc est generale, tam in girofaleis quam in aliis falconibus. Et si scietur, de qua ave se pavit, pro eo forsitan, quod preventum est ad locum, in quo se pavit, et in illo loco videbantur plume et reliquie illius avis, de qua se pavit, ex quo scietur isto modo vel illo, de qua ave se paverit, pro eo quod ex huiusmodi pastu, quem acquisivit sibi per se, magnum delectamentum habuit et comedit, ut voluit, et impinguatus est, unde oportet, ut, priusquam alia vice iactetur ad aironem, distringatur fame, quousque redeat ad primam maniem vel plus.

GENERALE REMEDIUM CONTRA FALCONEM DIMITTENTEM AIRONEM PRO ALIIS AVIBUS

Et aliud remedium generale est contra falconem, qui dimittet aironem pro alia ave, quam sequitur, sive non ceperit illam, dummodo assuescat divertere ad illam, sive ceperit illam, et sive se paverit de illa ave sive non: caveatur iactare ad aironem in illo loco, in quo sint aves eiusdem speciei, cuius erat illa, pro qua dimisit aironem. Et si in illo loco

essent huiusmodi aves, prius essent removende, et postea iactandus est falco ad aironem. Consuetudo namque falconum est libenter ad illas aves, quas per se ceperunt et de quibus ad voluntatem suam se paverunt.

5 SI PER ALIAS AVES

Et similiter, quando accidet propter alias aves, que persequuntur falconem, et precipue propter aquilas, vultures et huiusmodi, cavendum est, ne iactetur ad aironem in loco, in quo sunt huiusmodi aves, neque in hora, in qua solent aquile, vultures et huiusmodi circumvolare per aera, id est circa tertiam in serenis diebus et calidis. Et si iactare 10
116 a convenit in illa hora, circumspiciatur, ne sint aquile¹ in illo loco neque alie aves huiusmodi, de quibus timere posset, neque volantes neque sedentes.

DE LOCO ET TEMPORE INCONVENIENTI

15 Similiter, quando erit locus inconveniens aut malum tempus, non debet falco iactari ad aironem, et precipue novicius, nam cum iactaretur, posset accidere, quod amitteretur falco, vel saltem minus libenter alia vice volaret ad aironem. Immo, si locus, in quo iactatur ad aironem, bonus est et contingat, quod airo fugiat ad loca inconvenientia 20 et videatur, quod falco persequatur illum illuc, aut si iactetur in bono tempore et contingat ipsum tempus, dum falco volat ad aironem, verti ad malas qualitates, revocandus est cum loyro et statim pascendus est, cum fecerit posse suum, nam melius est, quod recolligatur, quam ipse timorosus efficiatur volandi alia vice ad airones.

25 De falcone iactando cum alio falcone docto

Dictum est iam, quod falco sacer multis impedimentis disturbatur ad capiendum aironem, quando solus iactatur ad ipsum, que impedimenta non possent accidere totiens, si iactaretur ad aironem cum alio falcone. Nullum est enim tam generale remedium nec tantum efficax contra illa accidentia, que ipsum impediunt, sicut iactare ipsum cum alio falcone docto.

DE CĀUSIS QUĀRE IĀCTĀNDUS EST

Nam si erit infirmus et videat volare alium falconem ad aironem, quasi
obliviscitur egritudinis sue, et conatur amplius facere.

SI MĀCILENTUS

Si vero erit macilentus tantum, quod propter maciem non possit altius 5
volare quam airo neque exsuperare aironem, aliis, iactatus cum ipso
ad eundem aironem, exsuperabit aironem, percutiens et cogens' airo= 116 b
nem deorsum, quem aironem fatigatum per socium macilentus falco
attingere poterit vel interesse captioni.

SI MĀLĀRUM PENNĀRUM

Si vero erit malarum pennarum, habeat per alium falconem idem adiu= 10
torium et relevamen, quod supra.

SI PINGUIS

Si erit pinguis et nolit volare per se, augebitur sibi voluntas et animus
volandi, videndo volare alium ad aironem. 15

SI PER INORDINĀTIONEM TRĀYNE

Si propter inordinationem et insufficientiam trayne, non solum auge= 20
bitur sibi animus per socium, immo volando, etiam cum socio, eo
quod ceperint aironem, supplebitur, quidquid defectus erat in ipso ex
insufficientia trayne, sic quod non erit opus ipsum remittere ad tray= 25
nam.

SI PER SPĒM LOYRI

Si propter spem redeundi ad loyrum acciderit, quamvis redeat ad ho= 25
minem et circumvolet, sperans de loyro, tamen, quia homo non proicit
sibi loyrum, desperat de loyro, et videns alium falconem volantem,
qui sequitur aironem, volabit illuc libenter, eo quod capit usum red= 30
eundi ad loyrum et assuescit volare ad aironem.

SI PER ALIĀM ĀVEM

Si propter aliā avem voluntatem habeat dimittendi aironem, videndo
socium volare ad aironem, maiorem spem habebit de airone pasci, 35

quem sequitur aliis falco quam de ave, ad quam ipse solus volaret.
Natura enim et consuetudo avis rapacis est affectare pasci de preda
alterius rapacis.

SI PER MĀLUM TEMPUS ET LOCUM

- 5 Si propter malum tempus et locum inconvenientem acciderit, falco novicius non erit iactandus in tali loco neque in tali tempore. Sed, si iactabitur cum socio, minus malum erit, quam si solus iactetur,
116^a citius enim capitur airo per socium et per hunc quam per hunc solum.¹

SI PER ĀVES PERSEQUENTES IPSUM

- 10 Si propter aves persequentes ipsum impeditus fuerit, minus malum erit iactare ipsum cum socio quam solum. Alie namque aves, si persequuntur unum, forsitan non persequuntur alium, sed ipse alias, quem non persequuntur aves, insequi poterit aironem et capere, aut, si alie aves persequuntur ambos falcones, minus nocebunt duobus quam uni soli.
15

SI PER AQUILĀS

- Si vero propter aquilas impediri timetur, melius erit iactare cum socio quam solum. Quamvis omnes aves naturaliter timeant de aquilis, unus forsitan duorum falconum minus timebit quam reliquus. Unde, si unus affugiet, timens de aquila, alias poterit permanere, persequens aironem et forsitan capiens, aut poterit esse, quod per remanentiam unius alias non tantum timebit de aquila neque affugiet forsitan.

Qualiter iactari Debent Duo falcones simul

- 25 **D**ictum est, quod confert falconi novicio iactare ipsum cum alio falcone assueto capere aironem. Sed ad hoc, quod duo falcones, sive sacri sive alterius speciei falcones sive diversarum specierum iactari possint simul ad aironem, convenit, ut sciatur, quod ipsi consentiant sibi invicem, tam illi, qui sunt eiusdem speciei, quam illi, qui erunt diversarum specierum. Et minus libenter consentiunt inter se
30 duo falcones diversarum specierum, et maius inde periculum accidet,

cum unus sit maior reliquo quam duo eiusdem speciei. Habito itaque, quod consentiant, iactandi erunt hoc ordine. Ille, qui assuetus est capere aironem, primo iactandus est, et tantum prius, quod vadat usque ad medium vie, que est a loco iactus versus aironem, et tunc statim novicius iactetur, ut, videns alium precedere, sequatur ipsum et animetur ad aironem per eum.

DE NOVICIO

Item novicius non debet iactari eque cito, nam pro fame, que imposita est eis,¹ ut debeat volare ad aironem, ipsi simul iactati et volantes unus prope alterum, possent se capere alternatim, et hoc non accideret, si unus longe prius iactaretur altero. Ille namque, qui precedet, non videns illum, qui sequitur, sed accedens ad aironem, quem sequitur, non capiet falconem sequentem. Ille vero, qui sequitur, non capiet precedentem, nam in via usque versus aironem attingere ipsum non poterit, veniens autem versus aironem et videns aironem iam percuti, maiorem habebit voluntatem percutiendi aironem et pasci de ipso quam capiendi falconem. Item, si eque cito iactarentur simul ad aironem et essent duo airones vel plures, accidere posset, quod unus volaret ad unum aironem et aliis ad alium, et posset unus amitti pro alio. Si vero esset unicus airo, ad quem iactarentur eque simul, accidere posset, quod falco assuetus volaret ad aironem, et forsitan novicius, eo quod non previdet aironem percuti ab alio falcone, diverteret ad percutiendum aliquam aliam avem, et ad illam avem, ad quam diverteret novicius, doctus forsitan, dimittendo aironem, diverteret.

De eodem. Item, si simul iactarentur et simul volarent in principio, quando venirent ad aironem, quasi uno ictu percuterent ipsum, unde minus fatigarent aironem in isto primo ictu, quam si unus prevenisset alium. Dum enim ille, qui prevenisset, percuteret aironem et exurgeret, aliis, qui sequitur illum, percuteret istum aironem, et sic airo, alternatis ictibus percussus, cum nullam vel modicam inter illos ictus habeat quietem, ascendere non posset nec recuperare ad defensionem, quam habet ascendendo, immo cogeretur descendere deorsum.

- De eodem. Item, si novicius falco iactaretur prius ad aironem quam assuetus capere aironem, forsitan non volaret ad aironem.¹ Postquam iam incepisset volare, divertere posset ad aliam avem, et per ipsum sic divertentem possit dictus falco dimittere aironem et divertere ad aliam avem. Et esto, quod iste novicius volaret ad aironem, si, inquam, airo arriperet defensionem suam volando in sursum, quamvis aliis falco iactatus post ipsum persequeretur aironem et ascenderet cum ipso, novicius tamen, quando videret aironem sic ascendisse, desperaret ascendere ad aironem, quoniam non fuit usus talis ascensus.
- 10 De eodem. Item, cum novicius instrui debeat per assuetum, rationabile est, ut assuetus prius iactetur et faciat contra aironem ea, que debet novicius doceri facere per ipsum. Ex his itaque patet, quod novicius in principio non debet iactari ante falconem doctum ad aironem neque simul cum ipso, et iactari debet ergo post ipsum.

15 **Quomodo tollendus doctus desuper aironem,
postquam ceperit**

Postquam vero falco doctus cum novicio iactati fuerint et ceperint aironem, accedendum est illic, et falco doctus tollendus erit desuper aironem cum tiratorio, si poterit fieri, alioquin cum carnibus, et novicius falco erit dimittendus super aironem, et, rostro aironis fixo in terram, ut dictum est supra, permittendus erit novicius pascere super ipsum de ipso. Et postquam cibatus erit, quantum convenit, tollendus est, et postea falco doctus ponendus erit super aironem et ibidem pascendus. Si tamen videretur, quod ambo tam bene consentiant, ut possent permitti pasci simul super aironem, debent permitti pasci super aironem simul. Tamen pro eo, quod consuetudo falconum est, quod unus comedit libenter in eodem loco, in quo comedit aliis, debet interponi ciroteca vel pileus vel aliquid aliud inter ambos, dum sic pascuntur, et etiam teneantur per iactos, et hoc sit, ne se possent interprehendere.

DE CANE SUCCURSORE MITTENDO

Item, quamvis duo falcones magis sint potentes ad capiendum aironem quam unus solus, tamen utile est, mittere canem succursorem

cum eis, et propter ea, que supra dicta sunt de cane, et propter hoc, quod falcons ambo ceperint aironem longe vel in loco, ad quem non possit homo accedere cito ad succurrendum, videntes ipsum canem venire super aironem, statim recedunt et non capiet unus alium, aut si ceperint, se statim separabunt.

5

DE IACTU NOVICII

Iactare vero novicium in societate plures est faciendum, sed non tam sepe, quod falco novicius colligat inde vitium. Numerum autem vitium iactandi novicium cum alio, que vices sufficient, dicere non possumus, pro eo quod uni falconi sufficient pauciores vices quam alii, secundum quod natura unius melior est ad hoc quam alterius. Sed statim, quod videbitur, quod novicius interfuit captioni plurium aironum et quod iam animose volat ad aironem et facit per se, que potest facere, poterit iactari ante doctum, et postea solus poterit iactari ad aironem et alii doceri per ipsum, sicut ipse docebatur per alium.

10

15

DE DUOBUS NOVICIIS

Quando tamen non habetur doctus et haberentur duo novicii, quando hos vult quis facere volare simul ad aironem, videndum est, quis eorum animosior et velocior est ad aironem, quod videri potest, dum traynatur. Et ille prius iactandus est ad aironem, sicut siebat de docto, ut minus animosior animetur per ipsum volare ad aironem. Et quamvis dictum sit, quod possit iactare novicium cum societate alterius falconis, non tamen credatur, quod cum pluribus¹ sit expediens. Duo namque consentientes unius speciei vel diversarum specierum simul possunt iactari plures, autem non sine periculo.

20

117^a

25

DE MODIS VOLANDI AD GRUEM QUIS SIT MELIOR

Hucusque dictum est de falcone novicio, qualiter doctrinentur venari ad aironem et sine socio, nunc vero dicendum est, quis falco meliorem modum habeat ad volandum ad aironem. Omnes enim non habeant unum modum. Nam quidam habent velocitatem volandi sursum et non habent audaciam percutiendi aironem prope aquam. Alius habet audaciam percutiendi ipsum prope aquam, non enim timet de aqua, sed

30

non habet velocitatem volandi sursum. Alius vero habet utrumque,
qui neque timet aquam et est velox volare sursum. Alius neutrum
habet, quod non est audax percutere aironem prope aquam neque est
velox volare sursum. Et falco, habens istum modum, nullo modo est
5 laudandus, non enim valet venari cum ipso ad aironem, cum airo pos-
sit evadere ab ipso secundum alterutram suarum defensionum. Sed
ille, qui habet utrumque, laudabilior est aliis duobus, pro eo quod,
cum airo non habeat nisi duas defensiones, unam ascendendo sur-
sum, aliam, [ut] se defendat per aquam, per neutrum harum defensio-
10 num potest evadere. Sed illi, qui non timet de aqua, [sed non habet
velocitatem volandi], potest airo evadere per defensionem suam, que
est ascendendo sursum. Illi vero, qui habet velocitatem et timet de
aqua, potest evadere airo per reliquam defensionem, quam habet pau-
cissimam, videlicet per defensionem aque. Sed de hiis duobus falco-
15 nibus illi, qui velox est, potest dari audacia potius quam illi, qui non
timet aquam, possit dari velocitas. Nam quanto velox sepius capiet
117 b airones, crescat ei audacia, per quam minus terrebit aquam, sed non,
quanto alias sepe capiet aironem, crescat ei velocitas. Sed per illum,
qui non timet aquam, est homo magis securus capere aironem, si
20 faciet, quod debet fieri, quam per illum, qui velox, quamvis precipua
et maior defensio, in qua confidit airo, sit aqua.

Quomodo debet fieri aucupatio per dictos falcones

Viso de quatuor modis volantium, ad quorum aliquem deveniunt
omnes falcones sacri, postquam doctrinati sunt ad aironem,
25 dicendum erit amodo, qualiter debet fieri aucupatio per ipsos, secun-
dum quod convenit unicuique morum trium, nam unum abiciemus
prorsus, tamquam penitus inutilem ad aironem. Isti siquidem fal-
cones, postquam iam sunt docti in multis locis et in multis tempori-
bus, iactari poterunt, ad que iactari non poterant, dum doctrinaban-
30 tur et erant novicii. Sed sicut sunt diversi volatus huiusmodi falco-
num, sic in venatione cuiuscumque ad aironem conveniunt diversa
loca et diversa tempora et operatio diversa.

DE TIMENTIBUS AQUAM

Illi itaque falconum, qui velox est et timet aquam, conveniunt loca parvarum aquarum, sicut flumina rivorum et loca collectiva aquarum pluvialium, pantanarum, ab hiis enim aquis facile retrahitur airo. Et quamvis natura aironum sit, [quod], postquam perdunt defensionem aque, statim ascendunt, ut possint evadere a percussione falconis, tamen, si falco est tam velox, quod per alas airo non possit evadere, per aquam non evadet, cum auferatur ei facile defensio aque, et sic capere poterit aironem. Immo, quanto plus elongabitur ab aqua vel in sursum vel collateraliter, tanto libentius percutiet, capiet ipsum et audatius falco. Propterea convenit, ut huic falconi airo levetur de aqua fortiter et impetuose,¹ tam per hominem quam per canem, quatenus elongetur ab aqua. Quanto namque plures ceperit airones, tanto libentius et securius capiet ipsos. Unde, cum airones non inveniantur sedentes, nisi in aquis vel prope aquas, quanto plus volabit ad ipsos, tanto plus assuescat aquas, et quanto plus assuescet aquas, tanto minus timebit eas.

DE TEMPORE VENTOSO

Sed si tempus erit ventosum et ventus venerit per longum fluminis, erit contrarium huic falconi, quoniam airo non potest expelli de aqua. Ex hoc falco timet invadere ipsum prope aquam, inde accidit, quod evadere potest airo. Aliud autem, quod potest fieri contra hoc, est levare aironem contra ventum, et quanto fortius poterit levari. Et si airo, postquam levatus erit, vento ducente ipsum transierit ultra hominem, qui levabit ipsum, ipse homo currat eques, donec transierit aironem, elongando se ab aqua, et iterum levet contra ventum, et hoc fiat, quo usque falco capiat ipsum vel dimittat.

SI VENTUS VENERIT PER TRANSVERSUM

Sed si ventus venerit per transversum rivere, licet rivera magna sit, et licet hic falco timeat aquam, tamen non est tantum inconveniens, quantum si ventus veniret per longum rivere, quamvis pervasit, nam cum falco invadet ipsum, si audet eum percutere cum adiutorio venti, airo retrahetur ab aqua, ventus enim expellet ipsum.

DE HOMINIBUS STABILIENDIS

Homines vero, qui erunt prope riveram, taliter secedant unus ab alio,
quod unus sit a parte superiori, alias a parte inferiori rivere. Sic
enim, quando unus levabit aironem contra alium, airo citius dimittet
5 aquam, nec poterit ad aquam redire, cum ventus sit ei contrarius, si
tamen falco invaserit ipsum. Quando est vero locus collectus aquarum
pluvialium modicarum, id est platera, [et] erit talis, quod ad ipsam
118 b poterit homo accedere¹ ad levandum aironem, si illuc accesserit et non
erit ventus, convenienter iactari poterit falco, quod fiet hoc modo. Airo
10 primitus debet levari et permitti elongari ab aqua tantum, quod non
sit sibi spes redeundi, et tunc poterit iactari falco, et si timore falconis
airo refugiet ad aquam, debet levari fortiter.

DE IACTU FALCONIS

Et si ventus erit, quocumque modo veniat, iactari poterit falco con-
15 venienter, etiam in eodem loco, dummodo iactetur contra ventum.
Nam si falco invadet aironem, ventus et homo expellant cito ipsum
aironem a tali aqua, quamvis etiam esset tanta, quod non esset iac-
tandum illic sine vento.

DE HOMINIBUS STATUENDIS

20 Sed quando aqua erit maior, scilicet lacus aut stagnum tanta, quod
aliquis falco non audeat invadere aironem illic propter timorem aque,
si erit ventus, levetur airo, et statuantur homines in circuitu aque, qui
prohibeant ripas aironi sedere volenti, unde, cum airo nesciat natare
et prohibentur sibi ripe, oportet, quod recedat ab illa aqua. Si igitur
25 recedat contra ventum sic, quod aqua illa remaneat post ipsum, non
erit iactandus falco, nisi cum elongatus erit airo ab aqua, quod non
sit ei spes in aquam redire, airo enim cum adiutorio venti posset
refugere ad aquam, sed expectetur, quod vadat ad aliam aquam. Sed
30 si recedat cum vento vel collateraliter ipsi, iactari poterit falco ad airo-
nem. Et si non erit ventus, levetur airo et sinatur elongari tantum,
quod nulla spes sit ei redeundi, et tunc iactetur falco ad ipsum, si
falco est talis, quod possit tam longe iactari, aut, si iactari non poterit,
dimittatur, quod vadat airo ad aliam aliquam riveram, ubi convenien-

ter possit iactari falco. Talis vero modus desinendi elongari aironem¹ 118^a
non valeret in flumine, cum enim flumen longum sit. Si levatur airo
de uno loco, vadat ad alium, et consuetudo aironis est volare ad cur-
sum aque, et non dimitteret aquam libenter.

DE IACTU FALCONIS

5

Item, si aqua sit tanta, quod hic falco non audeat illuc accedere ad invadendum aironem, poterit etiam fieri, quod hic falco iactari poterit ad ipsum hoc modo. Habeatur aliis falco, qui non sit velox, sed sit audax invadere aironem prope talem aquam, et erit hic modus capiendi aironem. Velox falco stabit sub vento et ille alias, qui non timet aquam, et tunc hic falco percutiet aironem. Cum igitur airo prohibeatur ab aqua et percutiat a falcone et habeat ventum contrarium, oportebit, quod aquam deserat et volet sub vento. Ille vero, qui est cum alio falcone veloce, videns, quod airo dimisit aquam, iactare poterit suum falconem velocem ad aironem. Airo, videns se perdidisse aquam, ascendet, et quanto plus ascendet, tanto plus elongabitur ab aqua, pro eo quod ventus est fortior in superiori, et erunt due elongationes, una ad superius, alia ad transversum. Et tunc falco velox poterit exsuperare et capere aironem, quoniam iam non timebit de aqua, cum sit remotus ab aqua. Et hoc modo prohibetur aqua aironi, quod per defensionem ex aqua non poterit ipsum perdere.¹⁵ 20

De falcone sacro, qui non est velox et non timet aquam

Dictum est de falcone sacro, qui velox est et timet aquam, nunc dicetur de falcone sacro, qui non est velox et aquam non timet. Secundum namque, quod diversus est volatus huius ab illo, sic 25
oportet, quod operationes, quas convenit fieri, diversentur in isto secundum loca similiter et tempora. In illo vero conveniebat operari, quod airo non posset evadere per defensionem suam ex aqua, in isto autem falcone con'venit operari, quod airo non possit evadere ascendo, quod fiet hoc modo.^{118^b} 30

Si rivera erit parva, airo debet levari, sicut levabatur pro novicio, sive habeatur canis sive non, sive erit ventus sive non.

Sed si rivera erit magna, potest levare airo fortius quam in parva, qui,
quamvis levetur fortius, non tantum ascendet libenter, sperabit enim
de aqua magna. Semper enim airones in maioribus aquis confidunt,
et quanto rivera maior est, tanto debet elevari airo fortius. Et si non
5 levaretur fortiter, cum in maiori aqua difficilius levetur, falco fatigare-
tur et desperaret volare cum ipso, unde ad hominem rediret vel ad
alium locum discederet. Statim autem, quod videbitur, quod ascen-
dere incipiat, homo debet elongare se ab aqua tam longe, quod airo
propter hominem non timeat redire ad aquam, per hoc namque airo
10 detinebit se inferius. Si ventus venerit per transversum, non oportebit
levare aironem tam fortiter, sicut oportet, quando venit per longum.
Et statim, quod erit levatus airo, si videbitur, quod airo ascen-
dat per hominem aut per ventum et deserat spem aque, recedat homo
a rivera.
15 Et si viderit, quod airo refugiat ad aquam timore falconis, accedat ad
riveram ad levandum aironem, aut etiam, si airo deiciatur ad aquam
per falconem. Sic falco, qui non timet aquam, vel percutiendo occidet
aironem vel tantum debilitabit ipsum, quod vel homo vel canis pot-
erunt capere ipsum aironem, vel si continget, quod recedat a rivera,
20 ascendere non poterit, pro eo quod debilitatus [est]. In magno tamen
flumine vel in magnis aliis aquis, in quibus volare potest falco, fortius
levandus est airo.
Item, secundum quod velocium quidam sunt velociores aliis, et se-
cundum quod audacium ad aquam quidam sunt audaciores aliis, sic
119 a distribuenda erunt eis loca et tempora¹ habilia magis et minus et
operationes convenientes ad id, ad quod habiliores sunt.
Item, quamquam in predictis differant, in hoc tamen convenient, quod
debent iactari contra ventum, et quod airo debet levari contra ventum,
quoniam airo magis vexatur volando contra ventum.

50

De falcone veloce, qui timet aquam

De falcone veloce, qui timet aquam, et de veloce, qui non timet
aquam, et de operationibus, quas convenit fieri in venatione sua,
secundum diversa loca et tempora, se habet, ut dictum est. De falcone

veloce et non timente aquam dicatur nunc, de quo, pro eo quod habet utramque bonitatem, poterunt dici plenius et perfectius omnes modi, qui convenienter venationi aironum, qui non poterunt dici de aliis duobus, cum neuter esset sufficiens ad omnem modum venandi. Unde, cum hic falco utramque habeat bonitatem, potest levare airo pro isto falcone, quomodo libebit, si sic levabatur pro veloce, vel sicut levabatur pro non timente aquam, sive sit aqua magna, sive parva sit, dummodo conveniens ad illam sit iactare.

Sed quoniam precipua defensio – in aqua magis confidit airo – est refugere ad aquam, prohibenda est sibi, ex quo non potest evadere 10 ascendendo.

De illo autem falcone, qui neutram habet bonitatem, qui scilicet timet aquam et tardus est in volando, dictum est, quod non est utilis ad airones, sed, quoniam accidit quandoque, quod non possit haberet alius, oportet nos dicere, quomodo convenit eo uti in venatione ad airones. Et oportet, ut dicamus omne id, quod convenit fieri pro ipso, ut pro aliquo modo fiat utilis ad airones. Falco itaque, qui neutram habet bonitatem, parum facere potest per se ad aironem, nisi habuerit adiutorium convenientis, adiutorium autem [sicut sunt] locus, tempus et operatio,¹ quam convenit facere in iactando ipsum.

Ille, qui portat huiusmodi falconem ad iactandum, loca et tempora inveniat meliora, que supra dicta sunt. Et si aliquis collis erit sibi propinquus, debet ascendere super ipsum, ut ab illo iactet, et socius suus remaneat inferius, qui non levet aironem, nisi voce vel signo iniungat sibi ille, qui est super collem. Et levando aironem contra ventum, permittat canem currere, si canem habuerit, et ipse stet sub vento. Et alias tunc iactet falconem, et quotiens falco conducet aironem ad aquam, permittat ipsum levare a cane. Et si ventus venerit per longum rivere, ita quod conducat aironem ultra hominem ipsum, qui levavit ipsum aironem, ipse redeat ad standum sub vento et permittat levare a cane. Et si canis moraretur ad levandum aironem, vadat ipse suaviter illuc et levet contra ventum, quotiens defendat ad redeundum se, et si non habuerit canem vel canis non vadat illuc, levet aironem, ut supra dictum est.

Sed si canis [et] ventus venit per transversum rivere, debet suaviter le= 35

vari, ne forte a vento airo repulsus a rivera possit ascendere et ex accensu amitti propter tarditatem falconis.

Ascendit autem super collem falconarius, ut falco iactatus ab alto melius possit resurgere et deinde iterum percutere. Qui falco si cœperit aironem, fiant ei omnia, que diximus. Et hoc fiat in aquis pluvialibus congregatis in foveas, si erit illic airo.

De riverarum bonitate et Diversitate earum

Cum omnes rivere non sint equaliter convenientes ad iactandum falconem - nam quedam bone sunt in aliqua sui parte et alia non, quedam enim sunt exeuntes de nemoribus, et quedam intrantes nemora, et quedam exeuntes de lacubus, et quedam intrantes in lacus, et quedam exeuntes de cannetis et¹ de paludibus, ut de locis aliis inaccessibilis, et quedam intrantes in canneta et paludes et alia loca inaccessibilia, et quedam intrantes loca inconvenientia et exeuntes de locis inconvenientibus, et hec duobus modis: nam aut distant, que sunt inter loca inconvenientia, multa aut pauca -, cumque [non] omnem tempus sit conveniens ad iactandum in unoquoque dictorum locorum neque etiam una operatio sit conveniens, oportet dicere, que operatio conveniat secundum tempus et secundum locum, et que operatio non conveniat.

De eadem. Quando igitur rivera in aliqua sui parte est bona ad iactandum, in alia non, et airo stat prope partem illam inconvenientem ad iactandum, si ventus vadat versus locum inconvenientem, non iactetur illic falco omnino, quoniam ventus ducet aironem citius ad locum inconvenientem, sed fiat, quod airo recedat de loco illo ad locum meliorem, quod fieri sic. Non stet aliquis in loco inconvenienti, sed trahant omnes se versus locum inconvenientem, et equitet aliquis suaviter inter locum inconvenientem et aironem, quasi non iret pro levando airone, et non aliter quam approximando solum faciat ipsum levare, ut elongetur a loco inconvenienti. Qui airo si prima vice elongabitur in tantum, quod possit iactari ad ipsum, iactabitur falco. Alioquin levetur airo hoc modo, donec vadat ad locum convenientem iactui falconis.

De eadem. Sed quando ventus veniet per transversum aut quando veniet a loco inconvenienti, poterit iactari falco ad aironem. Verumtamen oportet, quod airo distet plus a loco inconvenienti, quando ventus veniet per transversum ad hoc, quod convenienter possit iactari ad ipsum, quam quando veniet a loco inconvenienti. Qui airo si non distabit a loco inconvenienti, quantum convenit^a ad iactandum, ^{119^b} levetur airo, sicut dictum est, et postquam elongatus erit ab inconvenienti loco, poterit iactari falco ad ipsum. Est tamen melius iactare, quando ventus veniet per transversum, quam quando veniet per longum, a loco scilicet inconvenienti. Quando enim ventus venit per transversum, si elongatus erit ab inconvenienti loco, nullum restabit, nisi facere aironem recedere a rivera, quod tam ventus facit quam homines.

DE RIVERA

Sed ad expellendum aironem de magna rivera maior ventus est necessarius quam de parva, et similiter maior ventus est iuvamentum ad expulsionem aironis de magnis aquis aliis.

De eadem. Sed si debet iactari falco ad aironem, qui est prope locum inconvenientem, et ventus veniat a loco inconvenienti, qui debet iactare falconem, approximet cum falcone ad aironem, quanto propius poterit, et contra ventum iacet, per hoc enim poterit falco attingere aironem, priusquam perveniat ad locum inconvenientem. Ille vero, qui levet aironem, stet inter locum inconvenientem et aironem, et, quamvis dictum sit, quod airo levandus sit contra ventum, in hoc tamen casu levandus est cum vento, donec elongetur a loco inconvenienti. Sed postquam erit elongatus a loco inconvenienti, poterit tunc mitti canis ad levandum, et poterit levari contra ventum, et poterit fieri, quod dictum est. Quamvis enim habeatur canis, si airo est prope locum inconvenientem, et ventus venit a loco illo, non tamen debet tunc canis mitti ad levandum aironem, nam canis nesciret discernere, quomodo levandus est tunc airo nec ubicumque levandus est airo. Mittendus est canis ad levandum, sed quando erit in loco, in quo sepe debet levari, et ubi homo non debet levare, ut dictum est, mitten-²⁰dus est canis.

120 a De eadem. Si vero rivera sit inter loca inconveni'entia, cum distantia sit pauca inter utrumque inconveniens, si non erit ventus aut etiam si erit, non tamen validus et potens expellere aironem de rivera, non erit iactandus omnino. Sed si ventus erit veniens per transversum et tam validus, quod possit expellere aironem, iactari poterit illic ad aironem, si stabit in medio distantie, quod non posset bene fieri, si ventus de uno inconvenienti ad aliud adveniret.

De eadem. Sed si distantia est multa, considerandum erit, an airo sit circa medium distantie, an magis propinquus alteri inconvenienti, 10 qui si erit circa medium distantie et non sit ventus, iactari poterit ad aironem. Et similiter, si ventus est debilis, sive per transversum sive per longum veniens, iactari poterit, sed si ventus est fortis, conveniens per longum, non bene iactabitur illic, quoniam airo refugium habebit ad illud impedimentum, ad quod ventus iactabit ipsum. Et 15 quamquam citius et facilius refugiat ad impedimentum, quod est sub vento, si tamen levetur airo contra ventum et levando elongetur ab impedimento, quod est sub vento tantum, quod falco possit capere ipsum, priusquam reversus recuperet ad impedimentum, iactari poterit ad ipsum.

20 De eadem. Si autem sit airo magis propinquus alteri impedimentorum et non sit ventus, elongetur ab illo impedimento, cui magis erit propinquus tantum, quod ducatur circa medium illius distantie, et tunc iactetur falco ad ipsum. Et si ventus erit, considerandum est, unde veniat ventus, et faciendum erit, sicut siebat in rivera, ubi erat 25 unicum impedimentum. Retrahendus est autem semper airo ab impedimento, cui est propinquus. Quantitas autem distantie de loco convenienti ad inconvenientem aut de inconvenienti ad convenientem, que 120 b debet attendi ad iactandum convenienter, non possimus dicere,¹ nisi extimando secundum bonitatem falconis in quantitate temporum.

Quando rivera est equaliter bona per longum, sed impedimentum est ex uno latere rivere extra riveram, lacus vel stagnum vel paludes vel nemora et huiusmodi, quo ventus potest impellere aironem, si airo

stabit in rivera contra illud impedimentum et ventus vadat versus illud impedimentum, non debet iactari falco illic ad aironem, sed levatur prius airo et cogatur ire vel ad partem superiorem rivere vel ad inferiorem, ad quam facilius poterit induci, quousque sit in parte rivere, que pars remota est ab illo impedimento, ut, si contingat, quod ventus impellat aironem extra riveram, non directe versus aliud impedimentum impellat.

De eadem. Si vero ventus veniat ab impedimento versus riveram vel per longum rivere, iactari poterit falco ad aironem.

De eadem. Sed si contingat, quod impedimentum sit ex utroque latere rivere, melius erit, quod ventus veniat per longum, tamen, si contingat, quod ventus veniat per transversum, levabitur airo illinc et impelletur ad loca rivere, que sunt remota ab illis impedimentis et ex parte superiori vel inferiori, et tunc iactetur falco ad ipsum.

DE NON IACTANDO FALCONE

Si autem essent tot impedimenta prope locum, in quo est airo, aut unum tantum est tale, quod contra ea non possunt iuvare, que dicta sunt, non est illic omnino iactandus falco.

Quomodo debet [quis] probare bonum falconem

Quando autem habet quis bonum falconem et delectat eum videre et experiri bonitatem et velocitatem ipsius, hoc modo poterit experiri et videre. Si airo erit in parva aqua aut in parva rivera, ex quibus aquis non confidit airo propter parvitatem earum, tunc habeatur alius falco, qui non sit velox. Levetur¹ fortiter, et iactetur ad ipsum falco, qui non est velox. Airo, videns se destitutum refugio aque, pro eo quod parva est, et videns, quod falco insequitur ipsum, ascendet et quandoque, ut melius et levius ascendere possit, deponet sarcinam ventris, egeret enim ascendendo, et pisces, quos habebat in ventre, aut aliam escam evomet. Compertum est autem quandoque, quod airones, qui hoc faciunt, altius ascendunt quam ceteri. Falco vero, qui iactatus est ad hunc aironem, videns, quod airo ascendit, ascendet post ipsum vel cum ipso. Viso autem, quod airo iam ascenderit tantum, quod

convenienter possit iactari ad ipsum, ille bonus falco, cuius bonitas experiri debet, tunc poterit iactari, si ambo hii faltones consentiunt, sin autem, prior loyretur et recipiatur, quo recepto, aliis iactetur ad aironem. Attendendum autem, quod ille, qui debet iactare hunc falconem, si ventus est, stet sub vento, magis aut minus secundum fortitudinem et debilitatem venti, et tunc iactet. In hoc namque poterit videri bonitas huius falconis, quod, cum airo deductus sit sursum ab illo falcone, et quamvis iam ascenderit, si hic falco superabit, percutiet aut capiet aut saltem descendere coget. Approbatus est autem: qui debent succurrere, non stent, sed currant sub vento, quanto citius currere poterunt. Natura namque aironis et cuiuslibet avis volantis evadere ascendendo, quando est ventus, est volare cum vento, nam per ventum impellitur, propter hoc illi, qui volunt succurrere, semper currant sub vento. Et si ventus est fortis, priusquam iactetur ad aironem, statuantur homines longe satis sub vento ad succurrendum, et qui iactare debet, quando ventus est fortis, caveat, ne sub vento etiam longe sit aliquod de impedimentis predictis, per quod possit evadere airo.¹

Qualiter iactatur falco ad aironem transversantem

Dictum est de airone, qui invenitur stans prope aquas, quomodo levatur et quomodo iactatur falco ad ipsum, et dicta sunt alia, que convenient, nunc dicendum est, qualiter iactatur falco ad aironem, transversans et volans. Qui debebit iactare ad aironem transversantem, prius debet scire regionem, per quam volat, quatenus non iactet ad ipsum prope aliquod impedimentum, ad quod possit habere refugium airo.

Unde, si non sit ventus [et] airo veniat versus illum, qui tenet falconem, non iactetur falco ad ipsum, donec pertransierit, sed postquam transierit, videat, an volet alte an non. Si volabit alte, permittatur elongari airo, et postea iactetur ad ipsum, si vero non volat alte, poterit iactari citius.

Si autem volat pertransversando ante hominem vel retro vel a latere, videat similiter, si volat alte vel non. Si alte, permittat ipsum elongari, priusquam iactet, si non, potest iactare falconem citius.

Si volet per transversum et non prope hominem, potest iactari falco ad ipsum lateraliter et priusquam transeat, sive alte volet sive non.

Quomodo autem iactari debeat ad aironem, quando est ventus, sic dividendum est. Airo, qui invenitur volans, quando est ventus, aut volabit, veniendo ad faciem falconarii et procedendo desuper caput ad posterius hominis, aut econtrario.

Aut transversabit ante hominem, a dextris scilicet ad sinistram, aut econtrario, aut transversabit post hominem, a dextris similiter ad sinistram, aut econtrario.

Aut transversabit collateraliter homini, ab uno latere vel ab alio. Quando igitur volando veniet versus faciem hominis, antequam falco iactetur ad ipsum, considerandum est ad ventum, unde veniat.

Si ventus veniat cum aironem, non iactetur, antequam transeat airo, quoniam iactaretur contra faciem eius, quod est inconveniens, cum nulla avis rapax libenter invadat alias ab anteriori, nec tam parve sint ille aliae non rapaces. Nec iactetur, postquam transierit airo, quoniam iactaretur cum vento, quod similiter est inconveniens. Non enim cum vento bene exeunt de manu aves rapaces nec tam alte exurgunt, quantum contra ventum iactate, quod exurgere est eis utile, maxime ad aironem. Ille igitur, qui debet iactare et videt aironem sic venientem, divertat a via aironis, maxime quando a longe viderit ipsum, ut airo veniat collateraliter quoad ipsum. Et quando airo erit collateralis sibi, iactare poterit ad aironem, sic enim habebit medietatem venti. Nec iactabitur contra faciem aironis, sed collateraliter ipsi, et postquam iactaverit falconem, sequatur ad succurrendum.

De eodem. Si autem ventus veniat contra aironem sic venientem, non iactetur, antequam airo transeat, nam si ante iactaretur, esset duplex inconveniens, quoniam iactaretur contra faciem aironis et cum vento. Sed postquam airo pertransierit, convenienter iactabitur falco, quoniam contra ventum et post aironem. Nec est opus divertere a via aironis in hoc casu.

De eodem. Si vero ventus veniat per transversum a dextra hominis, scilicet in sinistram vel econtrario, divertat falconarius a via aironis sub vento, si viderit aironem a longe. Et priusquam permittatur airo

pertransire, falconarius giret se et falconem iactet tantum, priusquam transeat airo, quod, quando falco iactatus pervenerit ad aironem, iungat se aironi contra ventum. Et si citius, quam diximus, iactaret, esset contra faciem aironis, si vero, postquam transisset, falco, quando perveniret ad aironem, perveniret sub vento ad ipsum, quod est inconveniens falconi.

121 b De eodem. Si autem via aironis econtrario sit predicte, quod¹ scilicet volet et vadat a posterioribus hominis ad anteriora, attendendum erit ad ventum, antequam falco iactetur, videlicet, an ventus veniat cum airone aut contra aironem, an per transversum, a dextris scilicet an sinistris. Et giret se falconarius et iactet, ut convenit, quomodo predictum est, cavendo semper, quod neque cum vento neque contra faciem aironis iactetur.

De eodem. Si autem airo transverset ante faciem falconis a dextra in sinistram aut econtrario, attendendum erit, si ventus veniat cum airone, et tunc permittatur airo appropinquare. Et antequam pervenerit ad hominem et quam transeat, falconarius sic se giret, quod ostendat falconi aironem. Iactet falconem collateraliter vento, ut falco perveniat ad aironem collateraliter vento et aironi. Sed si ventus vadat contra aironem, permittatur, quod airo transeat aliquantulum, et tunc iactetur falco sic, quod, quando falco pervenerit ad aironem, perveniat contra ventum post ipsum.

De eodem. Et si ventus perveniat ab homine ad aironem vel ab airone ad hominem, attendendum erit, quod, si veniet ab airone ad hominem, quando airo appropinquaverit et antequam transeat, iactari poterit falco sic, quod falco perveniat ad aironem recte contra ventum. Sed si ventus veniat ab homine ad aironem, ostenso airone falconi, giret se falconarius et contra ventum iaciatur, non contra aironem, quoniam iactaret cum vento. Unus alias modus considerandus est ad ventum et iactandi falconem, sive a dextris ad sinistram transverset airo sive econtrario.

De eodem. Si autem airo transverset post hominem, a dextris scilicet ad sinistram aut econtrario, giret se falconarius taliter in suo giro, ut inveniat aironem transversantem ante se considerando ad ventum,

et ad modum iactus, qui predictus est, iactet contra ventum aut saltem collateraliter vento.

De eodem. Et si airo transverset collateraliter vento, sic giret se homo ad illud latus, unde transversat airo, que transversio aironis sit ante falconarium, et tunc faciat, ut diximus.¹

121^a

DE VENTIS

De ventis autem, quando airo venit ad faciem hominis, Deterior est ille, qui venit cum airone, nam, quamvis iactetur collateraliter vento, tamen non potest fieri, quin falco volet ad aironem cum vento. Et de ventis, quando airo transversat ante hominem, ille, qui est ab homine ad aironem, Deterior est, nam, quamvis falco iactetur contra ventum, tamen oportet, quod falco volet ad aironem cum vento. Iactare autem citius vel tardius a propinquiori vel remotiori potest quis attendens ad bonitatem unius sacri magis quam alterius et unius speciei magis quam alterius.

10

15

De Diversitate falconum volantium ad aironem

Dictum est, quomodo iactari debeat falco ad aironem, quocumque modo inveniatur, et illud, quod convenit fieri circa hoc. Nunc oportet, ut dicatur, que diversitas est inter falcons quemadmodum volandi ad airones, et que diversitas est inter nidasios et ramagios et inter ramagios invicem, que huiusmodi volatibus, quatenus sciatur, qui modus volandi ad aironem melius est. Nidasii itaque fere omnes hunc habent modum volandi ad aironem. Quando, inquam, iactantur ad aironem, et extunc, quod iactantur, volant prope terram, sed quando iam sunt subtus aironem, volando ascendunt ad ipsum, et quandoque percutiunt ipsum ascendendo, si possunt attingere ipsum in ascensu illo, et si non, circumeundo ascendunt, ut equentur aironi, et accipiunt circuitionem suam sub vento. Quando iam superius sunt ex equo cum airone, vadunt ex directo ad percutiendum ipsum. Hoc autem est periculum falconi, nam, quando revertitur ad percutiendum, airo porrigit rostrum suum contra falconem, et accidit quandoque, quod ipse falco percutit et impellit se in rostro aironis, qui falco, postquam iverit

20

25

30

121^b sic ad percutiendum aironem,¹ sive percutiat ipsum sive non, non exurgit, ut percutiat, sed transit. Hic autem modus volandi idcirco non est laudandus. Non statim, quod falco transit aironem, ipse airo insequitur falconem a posteriori, ne redire possit ad percutiendum aironem. Et hic falco, quando regirare vult ad percutiendum aironem, non potest tam bene neque tam facile reverti ad iterum percutiendum, quoniam non est altior aironi. Et quando capit circuitiones suas cum vento et airo insequitur ipsum, non potest falco tantum elongari ab airone, quin airo semper sit ei propinquus, nam airo velox est satis 10 cum vento. Propter quod falco male potest redire ad percutiendum, et in hoc nocet, quod airo, volans sic cum vento, cito habet refugium ad aliquod impedimentum, si est sub vento. Et airo tam velociter volat sub vento, quod illi, qui debent sequi, non poterunt tam velociter ire ad succurrendum. Si autem hic falco non pervenerit ex equo aironi, circumvolabit in tantum, ut equetur ipsi et ut redeat ad percutiendum, ut dictum est, quod periculum est predicto modo. Pauci tamen de nidasiis sauris inveniuntur, qui bene possint ascendere in circumeundo, quoniam non habent tam bonas pennis, cum non habuerint nutrimentum a matre, quam bonas habent ramagii. Vero habent tam fortes renes 20 quam fortes habent ramagii, sed etiam, cum non volaverunt silvatici, per se nesciunt tam bene volare ut ramagii.

DE NIDASIIS

Etiam plures de nidasiis, qui, si ascendendo non poterunt capere aironem neque percutere, non conabuntur ascendere amplius, sed, quando airo adeo est debilis, quod non possit ascendere, aut quia sperat in defensione aque, hic falco bene percutiet ipsum. Sed quando airo ascendit, falco non insequitur ipsum aironem, sed dimittit eum, et hoc 122^a est de nidasiis cuiuscumque speciei.¹

DE MODO RAMAGIORUM

30 Ramagiorum vero duplex est modus, nam quidam ramagiorum sunt, qui tenent modum nidasiorum, quamvis facilius et melius illum modum exerceant, volando ad aironem, unde nec modus istorum valde laudandus est. Et quidam ramagiorum sunt, qui statim, quod rece-

dunt de manu lactantis, ascendunt ad aironem, et non sunt contenti, quod equentur aironi, sed ascendunt amplius, ut exsuperent aironem, et postquam superaverint, aperiunt et expandunt alas et caudam, regendo se superius, ut videant, quomodo melius possint percutere. Non tamen audent descendere ad percutiendum, nisi prius tantum exsuperaverint, quod descendentes facile possint resurgere sic, quod airo semper remaneat sub ipsis. Quorum modus licet laudandus sit in multis, in hoc tamen non est laudandus, quod timent descendere ad percutiendum, quod non accidit, nisi quia sentiunt se debiles et non confidunt de sua velocitate. In modum si vereatur descendere, accedit quandoque, quod airo refugit ad aliquod impedimentum, per quod tutus sit, aut etiam ex tali volatu poterit fatigari falco, quod pre-
tedio dimittet aironem.

De eodem. Sunt vero et alii ramagiorum, qui statim, quod lactantur, ascendunt ad aironem et non sunt contenti, ut equentur aironi, sed ascendunt amplius, ut superent aironem. Quod si ventus est et oporteat circumire ascendendo, ut superent, accipiunt acutitionem suam contra ventum, elongantes se ab airone taliter, quod airo remaneat sub vento. Hii facile possunt superare, quoniam ventus non tantum impedit eos, quantum aironem. Et postquam superaverint aironem et veniunt regando ad ipsum, aperiunt caudam et alas sicut predicti, ut regant et retineant se superius, ut videant, quomodo melius percutere possunt.¹ Qui quamvis descendant cum vento vel contra ventum ad percutiendum aironem, resurgunt tamen contra ventum circumeuntes. Hii quoque descendunt audacter ad percutiendum et audacter resurgunt, quorum modus laudabilior est omnibus aliis, quia, cum falcones elongent se ab airone contra ventum, ut superent ipsum aironem, cumque airo insecuratur ipsos a cauda, ipse airo non poterit tantum de prope insequi eos, quin remaneat sub ipsis falconibus, et quin hii falcones magis ac magis elongentur ab ipso airone, cuius rei causa est ventus contra ipsos veniens et plus impediens airones quam falcones. Propter quod hii falcones elongati et exaltati super aironem, possunt facilius et melius reverti ad percutiendum aironem, quomodo cumque voluerint, et etiam non est tunc periculum falconibus de rostro aironis,

nam descendenteribus a superiori ad percutiendum vix aut nunquam porriget airo rostrum, quemadmodum porriget venientibus ad ipsum ex equo.

Multi etiam falconum, licet non habeant hunc modum laudabilem,
5 tamen, cum frequenter volant ad airones, trahunt se ad hunc modum volando, quem comprobant esse ceteris meliorem.

De [modo] docendi omnes falcones ad aironem

Secundum igitur modum predictum docendi erunt proprie sacri ad
airones, secundum quem modum doceri poterunt omnes alii modi
10 falconum ad airones, differenter tamen, nam omnes illi modi falco-
num, qui sunt audaciores et fortiores sacris, facilius et cum minori
studio poterunt doceri ad aironem. Et non solum habet locum hoc in
speciebus falconum, verum etiam in individuis cuiuscumque speciei.
Que enim individua unius speciei audaciora sunt aliis eiusdem spe-
ciei, facilius et cum minori studio docebuntur ad aironem, traynando
15 scilicet et cetera omnia faciendo, que facere con'venit. Que vero indi-
vidua unius speciei erunt minus audacia aliis eiusdem, difficilius et
cum maiori studio docebuntur ad traynas et ad cetera.

DE FALCONIBUS QUI SUNT MINUS AUDACES QUAM SACRI

Omnis autem illi modi falconum, qui sunt minus audaces quam fal-
cones sacri, difficilius et cum maiori studio docebuntur ad aironem,
traynando scilicet et cetera faciendo. Et habebit locum hoc in diversis
speciebus falconum et in diversis individuis eiusdem speciei minus
25 audacibus, namque tam speciebus quam individuis plures debebunt
adhiberi trayne, stando, eundo et volando, et magis ordinate et pluries
erit placendum eis, dando sibi bonas carnes super traynas, ut con-
venit, pro eo quod difficiliores sunt intrare ad traynam et suscipere
cetera documenta, que debent doceri ad hoc, quod sufficient in vena-
30 tione aironis.

DE ILLIS QUI SUNT DIFFICILES AD TRAYNAM

Et quamvis de singularibus cuiuscumque speciei sunt aliqui difficiles doceri ad traynam, non tamen desperandum est de eis, nam quandoque inveniuntur de huiusmodi, qui, postquam pertraynati sunt, meliores fiunt illis, qui facile intrant ad traynam. Et similiter de ipsis eisdem singularibus sunt aliqui, qui bene incipiunt volare ad aironem, et alii, qui non tam bene incipiunt volare. De quibus non bene incipientibus non est desperandum, nam quandoque inveniuntur de illis non bene incipientibus, qui postmodum efficiuntur meliores illis, qui bene inceperunt. Et quamvis falcones sacros appropriavimus ad vena-
tionem aironum, possunt tamen doceri ad omnes alias aves, ad quas cetere species falconum docentur.

De falconibus, in quibus communicant cum sacro et differunt

Dictum est de falcone sacro, quomodo docetur ad aironem, et quod magis est conveniens ad aironem quam ad aves, et quod ceteri falcones possunt doceri ad aironem, qui, secundum quod sunt diversarum specierum, sic diversimode volant ad aironem. Unde videndum est, in quo communicent alii modi falconum cum sacro in volando ad aironem et in quo differant et inter se invicem.

DE GIROFALCO

Girofalcus communicat cum sacro ad aironem in eo, quod uterque eodem modo docentur ad aironem traynando et cetera faciendo, que convenient facere, ut supra dictum est, secundum convenientem unicuique. Et in eo, quod habent eundem modum exsuperandi aironem et regendi se superius et percutiendi aironem et exurgendi et frequenter percutiendi. Et in eo, quod girofalcus non libenter dimittit aironem pro alia ave, sicut neque falco sacer. Et in eo, quod possunt iactari ad airones volantes longinquos et altos. Et girofalcus et sacer multum timent de cane veniente ad succurrendum. Et girofalci et sacri in eo comunicant, quod pauci inveniuntur de utrisque, qui consentiant indi-

viduis sue speciei aut alterius, tam in volando quam supra predam.
Girofalcii ramagii et sacri ramagii et laynerii ramagii magis timent de
cane quam ramagii aliorum.

IN QUIBUS DIFFERT

- 5 Differt autem girofalcus a sacro in venatione ad aironem in eo, quod
girofalcus est fortior et velocior et audacior, et facit celerius quam
falco sacer omnia, que facit sacer, scilicet volare directe ad aironem,
exsuperare ipsum, frequenter percutere et exurgere et regirare et reli-
qua, que oportet eos facere ad capiendum aironem. Et in eo, quod con-
10 trarium tempus minus nocet girofalco in volando ad aironem quam
falconi sacro. Et girofalcus, quando volat, regirando se ad exsuperan-
dum aironem, melius se regat et sustinet contra ventum quam falco
sacer. Et girofalcus facit giramenta sua breviora quam falco sacer.
123 a Ventus enim¹ deducit sacrum longius, quoniam sacer habet pennis
15 longiores et meliores et minus corpus et corpus minoris ponderis
respectu sui quam girofalcus respectu sui. Et girofalcii post mutam
non efficiuntur peiores, nisi mutando assumerent malas pennis, de
sacris vero aliqui post mutam efficiuntur deteriores, quamvis mutan-
do etiam assumant bonas pennis.

20 DE PEREGRINO, IN QUIBUS COMMUNICAT CUM SACRO ET IN QUIBUS DIFFERT

Peregrinus vero communicat cum sacro ad aironem in eo, quod ambo
possunt doceri ad ayronem traynando et cetera faciendo, et uno
modo iactantur ad aironem, et possunt iactari ad airones longin-
25 quos [et] altos et capient. Differunt autem: nam peregrinus velocior est
sacro, et peregrinus dimittit sepius aironem pro aliis avibus quam
falco sacer. Et plures peregrinorum capiunt aironem sine trayna, sa-
crorum vero pauci et vix. Peregrini non ascendunt eque bene ad airo-
nem quemadmodum sacer. Peregrini minus durabiles sunt in volatu
30 suo ad aironem quam sacri. Peregrini melius sustinent omne malum
tempus in volando quam sacri. Peregrinus, postquam attingerit ad
aironem, non tam sepe percutit ipsum nec tam sepe post percussio-
nem exurgit quemadmodum sacer. Et peregrinus percutit aironem ex

equo et directe, sacer vero non sic, sed percutit aironem a sursum in deorsum. Et plures sacri post mutam efficiuntur deteriores et tardiores, peregrini vero non sic.

DE GENTILIBUS RĀMĀGIIS CUM SĀCRO

Gentiles vero ramagii cum sacro in venatione ad aironem habent easdem convenientias et differentias, quas habet peregrinus cum sacro, cum sint eiusdem speciei gentiles ramagii et peregrini. In quo autem distant gentiles ramagii a peregrinis, docentur, quando dicentur convenientie et differentie gentilium rāmagiorum ad peregrinos. Gentiles nidasii convenientiunt cum sacro in eo, quod docentur ad aironem, traynando et cetera faciendo. Eodem modo iactantur ad airones, et non dimittunt sepe aironem, quem venantur pro aliis avibus, nisi doctrinati fuerint ad alias aves prius. Et malum tempus plurimum nocet utrisque.

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differunt autem in hoc, quod nidasii facilius intrant ad traynam quam sacri, et tutius pertraynantur nidasii. Et nidasii, si iacentur ad airones longinquos et altos, vix capient, sacri vero capient. Et gentiles nidasii quandoque dimittunt libentius aironem pro aliis avibus quam sacri. Et plures nidasiorum volant prope terram ad aironem volantem. Qui cum sunt sub eo, surgunt, ut capiant, et non conantur superare, si non capient ipsum, nec diu insequuntur ipsum. Sacrorum vero plures conantur ascendere, ut superent aironem, et non dimittunt aironem tam cito ut nidasii. Et nidasii non tantum timent de cane veniente ad succurrendum, quantum timent sacri.

DE FĀLCONE LĀYNERIO CUM SĀCRO

Falco vero laynerius communicat cum sacro in eo, quod docetur ad aironem secundum eundem modum, secundum quem sacer. Et in volando ad aironem et superando ipsum et faciendo cetera, que oportet ipsos facere, habent eundem modum laynerius et sacer. Et laynerius non dimittitt sepe aironem pro aliis avibus quemadmodum neque sacer. Et omne malum tempus nocet multum layneriis et sacris. Et tam

laynerius quam sacer fiunt facillime ficticii et vitiosi. Et sicut inve-
niuntur plures sacri, qui, dum sunt sauri, sunt velociores, quam
postquam sunt mutati, sic accidit de layneriis. Et laynerius ramagius
et sacer multum timent de cane veniente ad succurrendum. Et laynerius
^{123^a} et sacer repulsantur facilius.¹

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differunt autem laynerius et sacer in eo, quod laynerius, quamvis eo-
dem modo doceatur ad aironem quomodo sacer, tamen laynerius in-
diget pluribus traynis quam sacer, pro eo quod laynerius est minus
¹⁰ audax quam sacer. Et quamvis laynerius eodem modo volet ad airo-
nem et superet ipsum et cetera faciat ut sacer, tamen non tam poten-
ter nec tam audacter ut sacer. Et quamvis laynerius et sacer graventur a
malo tempore, tamen laynerius longe plus gravatur quam sacer. Et
laynerius facilius fit ficticius et vitiosus quam sacer, quoniam est
¹⁵ minus audax.

DE PEREGRINO CUM GIROFALCO

Peregrinus communicat cum girofalco in venatione ad aironem in eo,
quod convenienter doceri possunt ambo ad aironem, traynando sci-
licet et cetera faciendo. Et peregrinus appropinquat girofalco in velo-
²⁰ citate et audacia. Et peregrinus cum girofalco sustinent malum tem-
pus in volatu suo.

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differt autem peregrinus a girofalco in eo, quod peregrinus contra ma-
lum tempus non est tantum potens neque tantum fortis, quantum
²⁵ girofalcus. Et in eo, quod peregrini dimitunt sepius aironem pro aliis
avibus quam girofalci. Et in eo, quod peregrini non ascendunt tam
bene ad aironem quam girofalci et non percutiunt aironem tam fre-
quenter ut girofalci. Et postquam percusserint aironem, non resurgunt
ut girofalci. Peregrini intrant melius ad traynam ad aironem quam
³⁰ girofalci. Et plures inveniuntur de peregrinis, qui capiunt airones sine
trayna quam [de] girofalcis.

DE GENTILI RAMAGIO CUM GIROFALCO

Gentiles vero ramagii in venatione ad aironem cum girofaldo habent easdem convenientias et differentias, quas habent peregrini, cum sint eiusdem speciei cum peregrinis. In quo autem distent gentiles ramagii a peregrinis docetur infra, ubi dicuntur convenientie et differentie gentilium ramagiorum ad peregrinos. Gentiles nidasi habent convenientiam⁵ cum girofalcis ideo, quod docentur ad aironem et eodem modo faciendo, scilicet traynas et cetera, que debent fieri in docendo eos, et iactantur eodem modo ad aironem.

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differunt autem gentiles ramagii a girofalcis in eo, quod plures nidasiorum intrant melius, audacius et avidius ad traynam quam girofalcorum. Et gentiles ramagii citius pertraynantur quam girofalcii. Ramagii melius volant ad airones longinquos et alte volantes quam nidasi gentiles. Et nidasi gentiles ad airones volantes volant prope terram, quo usque sint sub eis, et extunc surgunt, ut possint capere ipsos, et si asurgendo non poterunt attingere, pauci erunt de nidasiis, qui conentur superare postmodum, quod non accidit de girofalcis. Et nidasi magis intendunt capere aironem quam percutere, quod non faciunt girofalcii. Nidasii, si quandoque percutiunt, non bene exurgunt supra airones, girofalcii vero sic. Nidasii non diu insequuntur airones, girofalcii vero diutius. Nidasii dimitunt aironem sepius pro aliis avibus quam girofalcii. Nidasii minus timent de cane succurrente quam girofalcii. Et plures sunt de nidasiis, qui consentiunt aliis individuis sue speciei aut alterius, tam in volando quam supra predam, de girofalcis vero pauci.¹⁰

DE LAYNERIO CUM GIROFALCO

Falco vero laynerius in venatione ad aironem communicat cum girofaldo, quod eodem modo docentur pertraynari ad aironem et eodem modo iactantur et eodem modo volant ad aironem percutiendo et exurgendo. Et falco laynerius non sepe dimitit aironem pro aliis avibus, sicut neque girofalcus.¹⁵

IN QUIBUS DIFFERUNT

124 a Differunt autem in eo, quod laynerius indiget¹ pluribus traynis quam girofalcus, pro eo quod laynerius est minus audax. Et laynerius non est tam potens nec tam velox nec tam audax ut girofalcus, quamvis eodem modo quasi volent ad aironem et superent ipsum et cetera faciant. Et laynerius gravatur plus a malo tempore quam girofalcus. Et laynerius facilius fit ficticius et vitiosus quam girofalcus. Et plures laynerii post mutam deteriores efficiuntur, plures vero girofalcii post mutam meliorantur.

10 DE PEREGRINO CUM GENTILI RAMAGIO

Peregrinus et gentiles ramagiis in venatione ad aironem communicant in eo, quod docentur ad aironem eodem modo traynando et alia faciendo. Et sunt plures de gentilibus ramagiis et peregrinis, qui capiunt aironem sine trayna. Et sepe dimittunt utriusque aironem pro aliis avibus. Et plures inveniuntur de utrisque, qui consentiunt individuis sue speciei alterius, tam volando quam super predam.

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differunt autem in eo, quod gentiles ramagii non sunt tam veloces nec tam audaces nec tam fortes ut peregrini. Et gentilibus ramagii nocet plus malum tempus quam peregrinis. Et gentiles ramagii venantes timent plus descendere ad aquam quam peregrini. Et gentiles ramagii dimittunt aironem sepius pro aliis avibus quam peregrini. Et plures inveniuntur de peregrinis, qui capiunt airones sine trayna quam de gentilibus ramagiis.

25 DE PEREGRINO CUM GENTILI NIDASIO

Peregrinus autem et gentiles nidasii communicant in venatione ad aironem in eo, quod ambo docentur ad aironem eodem modo, traynando scilicet et faciendo cetera, que convenit facere in docendo. Et iactantur eodem modo ad aironem. Et plures de utrisque consentiunt aliis in¹ volando et super predam. Et plures de utrisque capiunt aironem sine trayna.

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differunt autem in eo, quod peregrini convenientius iactantur ad airones volantes longe et alte quam gentiles nidasii. Et gentiles nidasii volant prope terram ad airones volantes, quo usque sint sub eis, et extunc ascendunt, ut possint capere ipsos. Et si assurgendo non poterunt attingere, pauci erunt de nidasii, qui consentur superare postea, peregrinorum vero plures. Et nidasii intendunt plus capere aironem quam percutere, quod non faciunt peregrini. Et nidasii minus vexant airones quam peregrini. Et nidasii non dimitunt tam sepe airones pro aliis avibus quam peregrini.

10

DE LAYNERIO CUM PEREGRINO

Falco laynerius habet convenientiam cum peregrino in eo, quod docentur ad aironem et pertraynantur eodem modo. Et eodem modo iactantur ad airones laynerius et peregrinus.

15

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differt autem laynerius a peregrino in eo, quod laynerius intrat deterius et timidius ad traynam quam peregrinus et indiget pluribus traynis quam peregrinus. Et laynerii sunt tardiores in volatu suo quam peregrini. Et de peregrinis sunt multi, qui caplunt aironem sine trayna, de layneriis vero nulli, et malum tempus magis nocet layneriis volantibus quam peregrinis. Et laynerius non dimitit tam sepe aironem pro aliis avibus ut peregrinus. Et laynerius percutit sepius et surgat sepius quam peregrinus. Et laynerius fit sepius ficticius quam peregrinus. Et multi de layneriis post mutam efficiuntur deteriores, quod non accidit de peregrinis.

20

25

DE GENTILI NIDASIO CUM GENTILI RAMAGIO

Gentilis nidasius communicat cum gentili ramagio, quia docentur ad aironem, et eodem modo in traynando¹ et cetera faciendo, et iactantur eodem modo ad aironem. Et consentiunt plures de utrisque invicem et cum aliis falconibus in volando et super predam.

124^a

30

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differunt autem in eo, quod plures nidasiorum gentilium intrant melius et avidius ad traynam quam gentilium ramagiorum et citius pertraynantur. Et si nidasii gentiles iactantur ad airones elongatos et altos, vix poterunt superare et capere. Gentiles vero ramagii, si ponantur, hoc sunt superiores, si iacentur, et poterunt superare et capient, quoniam melius sciunt volare et possunt gentiles ramagii quam gentiles nidasii. Et nidasii ad airones volantes volant prope terram, quo usque sint sub eis, et tunc ascendendo assurgunt, ut possint capere ipsos, et si exurgendo non possunt capere ipsos, vix erunt aliqui de 10 ipsis nidasiis, qui conentur superare aironem postmodum, quod non accidit de gentilibus ramagiis. Gentiles ramagii, ut in pluribus, melius percutiunt et capiunt quam gentiles nidasii. Nidasii, si quandoque percutiunt aironem, non exurgunt postea supra aironem tam bene ut 15 ramagii. Nidasii non vexant airones quantum ramagii, percutiendo aut aliter quomodolibet infestando. Nidasii vero dimittunt tam sepe aironem pro aliis avibus ut ramagii. Et generaliter omnes falcones ramagii, cuiuscumque speciei sint, magis timent de cane veniente ad succurrendum quam nidasii eiusdem speciei. Et nidasii quarumlibet 20 specierum minus sunt timidi quam ramagii earundem specierum ad homines, canes, equos et universaliter ad omnia, de quibus visi sunt timere falcones.^{124^b}

DE LAYNERIO CUM GENTILI RAMAGIO

Laynerius communicat cum gentili, ramagius cum ramagio et nidasius cum nidasio specialiter. Laynerius namque ramagius communica cum gentili ramagio in eo, quod eodem modo docentur ad aironem, traynando scilicet et cetera faciendo, que convenientur. Et iactantur eodem modo ad aironem.

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differt autem laynerius ramagius a gentili ramagio in eo, quod ramagius non timet tam bene ad traynam, immo indiget pluribus traynis quam gentilis ramagius. Et laynerius ramagius non est tam velox nec

tam audax nec tam fortis nec tam bene sustinet malum tempus ut gentilis ramagius. Et laynerius ramagius melius scit superare aironem et sepius percutit et resurgit quam gentilis ramagius. Et non dimittit tam sepe aironem pro aliis avibus quam sepe gentilis ramagius. Et facilius fit ficticius et repulsatus quam gentilis ramagius. Et magis vexat aironem, percutiendo in sequendo et alis modis, quam gentilis ramagius. Et laynerius ramagius magis timet de cane succurrrente quam gentilis ramagius. Et laynerius vero nidasius communicat cum gentili nidasio in eo, quod docentur eodem modo, et eodem modo iactantur ad aironem et non sepe dimittunt aironem pro aliis avibus. Et malum tempus ambobus nocet valde.

IN QUIBUS DIFFERUNT

Differunt autem in eo, quod laynerius nidasius est minus fortis, minus audax, minus velox quam gentilis nidasius. Et laynerius nidasius indiget pluribus traynis quam gentilis nidasius. Et laynerius nidasius magis vexat aironem, quem venatur, percutiendo¹ et in sequendo ipsum longius quam gentilis nidasius. Laynerius autem nidasius cum gentili ramagio et laynerius ramagius cum gentili nidasio conveniunt et differunt, secundum quod facile inveniet diligens inquisitor. Laynerius autem nidasius sic se habet in convenientiis et differentiis ad laynerium ramagium quemadmodum gentilis nidasius ad gentilem ramagium. Sicut autem diximus, dividentes de gentili ramagio et de gentili nidasio, de laynero ramagio et de laynero nidasio, qualiter se habent ad invicem et ad alias species falconum, girofalcos, sacros et peregrinos in convenientiis et differentiis, sicut se habent nidasiis sacrorum ad ramagios eorundem, sic se habent nidasiis aliorum cuiuscumque secundum suam speciem ad ramagios eiusdem speciei. Similiter potest intelligi de ramagiis et nidasiis girofalcorum, sacrorum et peregrinorum. Gentiles tamen et laynerios specialiter divisimus in ramagios et nidarios, pro eo quod in nostris regionibus, scilicet sexti climatis, quinti, quarti et tertii, sepius habuimus ramagios et nidarios gentilium et layneriorum quam reliquorum. Verumtamen habuimus ramagios et nidarios girofalcorum et peregrinorum, propter quod approbavimus et vidimus, quod similiter se

habent nidasii harum specierum ad suos ramagios quemadmodum
nidasii illarum ad suos.

Dicte sunt itaque convenientie et differentie, quas habent omnes modi
falconum cum sacro in volando ad aironem et quas habent ad in-
5 vicem. Possent autem et alie convenientie et differentie assignari inter
predictos modos falconum in eo, quod venantur airones, sed ad
denotandum diversitatem, quam habent in hoc, sufficient, que dicta
125 b sunt.¹

De venatione girofalcorum ad grues et sacrorum ad airones, qualiter
10 fiant, dictum est, de quibus, quoniam convenientias et differentias
habent, oportet nunc dicere, in quibus communicant et differunt.

Conveniunt autem in eo, quod ambo, girofalcus scilicet et sacer, tray-
nantur et ambo contra ventum iactantur, et utrisque necessarius, uti-
lis est canis ad succurrentum, et tam airo quam grus levatur per ho-
15 minem vel per canem, quando opus est, et in eo, quod, postquam
captus est airo vel grus, uno modo pascuntur girofalcus et sacer.

Differunt autem in modo traynandi secundum quedam, ut predictum
est, et ad grues fit venatio circa campestria, ad airones vero circa ri-
veras. Et quamvis tam per hominem quam per canem levantur grus
20 et airo, tamen non eodem modo, ut in predictis patet. Et airo volans
statim, quod percipit falconem venientem ad se, libenter et sepe verit
se contra falconem, ut obviet ipsi cum rostro et divertat ab eo, grus
vero non facit hoc. Et airo divertit multotiens volando, ut evadat, grus
autem non. Et airo defensionem quandam habet ascendendo sursum,
25 grus vero non, sed volando in longum. Et airo defensionem habet
persepe refugiendo ad aquam, grus autem non. Et airo volans ali-
quando percutit cum rostro, grus autem non, et grus volans percu-
tit falconem, airo autem non.

Dictum est de venatione falconis sacri ad grues

Explicit liber quintus

INCIPIT LIBER SEXTUS

DE VENATIONE FIENDA AD AVES DE RIVERA

cum falcone peregrino

Diximus de venatione ad grues, quam appropriavimus girofalco propter id, quod supra dictum est, et de venatione ad airones, quam appropriavimus sacro propter id, quod similiter dictum est. Nunc dicamus de venatione, que fit ad aves de rivera, et specialiter ad anates et sibi similes, et hanc appropriamus falconi peregrino. Magis enim sibi convenit, cibus namque suus sepius est de avibus de rivera predictis. Et hic falco frequentat sepius riveras quam alie species falconum, et ideo modus suus volandi magis est conveniens ad dictas aves capiendas quam ad alias aves.

DE LOYRO FIENDO

Ceterum, quoniam hic falco indiget suo loyro ad huiusmodi venationem, quemadmodum predicti indigebant suis loyris, et cum dixerimus, quod loyrum convenit fieri de alis illarum avium, ad quas doceri debet falco, et falconem peregrinum intendamus docere ad aves de rivera - quos falcones multi falcones altanos vocant, et hoc nomen habent ex opere suo, quod infra docetur - ideo istis falconibus convenit, ut de alis avium de rivera fiat loyrum huiusmodi, et specialiter de alis maslardorum aut anatum. Maslardos vero dicimus masculos anatum, sed de alis maslardorum melius est, quoniam ponderosius est, pulchrius et durabilius. Et cum ale huiusmodi multo leviores sint quam ale gruum et quam ale aironum, expedit, ut hoc loyrum fiat de pluribus quam de duabus et de pluribus quam de quatuor. Nam si fieret de duabus vel de quatuor, quemadmodum siebant predicta loyra, esset tam leve, quod falco asportaret ipsum loyrum de facili, et hoc erit¹ nocivum, ut patet in hiis, que dicta sunt in capitulo loyrandi.

DE QUOT ALIS DEBET FIERI LOYRUM

Fiet igitur convenienter huiusmodi loyrum de alis maslardorum vel anatum XI, que sunt XXII ale. Et ale iste scinduntur de corpore avis, stantur in loyro et ligantur sicut ale in predictis loyris, preter quod in

una corrigiola infigitur intro per iuncturas ultimas ipsarum alarum, et utrinque nodatur stricte, quatenus firmius stent invicem ale ipse. Et etiam corrigia, cum qua circumfertur loyrum in loyrando, longa debet esse adminus trium pedum, quoniam ale anatum sunt breviores et 5 curtiores quam ceterorum loyrorum, et si corrigia esset brevis, falco non posset videre tam de facili loyrum.

DE DIVERSITATE FALCONUM

Verum hii falcones peregrini sunt multorum modorum. Quidam enim sunt bone forme membrorum et pulcri plumagii, et quidam bone forme membrorum et turpis plumagii, et quidam indecentis forme et pulcri plumagii, et quidam indecentis forme et turpis plumagii. Qui modi quatuor non equaliter sunt laudandi. De illis enim, qui sunt bone forme membrorum et pulcri plumagii, vix erunt aliqui, quin sint boni, nisi culpa hominis aut aliqua alia occasione accideret, propter quod 10 eligendi sunt hii pre ceteris. De aliis vero duobus modis, scilicet de illis, qui sunt bone forme et turpis plumagii et male forme et pulcri plumagii, preeligendi sunt illi, qui sunt bone forme. Ex bona namque forma velociores sunt et plus possunt operari, quamvis non sint constantes ut illi, qui sunt pulcri plumagii. Ex pulcro autem plumagio, 15 quamvis sint constantes, ad quod docentur, deberent esse meliores propter pulcritudinem plumagii, sed propter non bonam formam non poterunt operari, quod deberent. Sed si fuerint equalis forme illi, qui sunt pulcri plumagii, preeligendi sunt. Nam illi, qui sunt turpis plu- 20 magii, sepius¹ inveniuntur ire ad monedulas, cornices, columbos, 126 a sturnellos et alias aves, que non sunt de rivera. Et hoc accidit, pro eo quod, quando agrestes erant, utebantur sepius huiusmodi avibus, 25 hoc vero inconveniens est venationi ad riveram. Illi vero, qui sunt pulcri plumagii, sepius inveniuntur constantiores, stabiliores et ad riveram magis utiles. Sed illi, qui sunt turpis forme et turpis plu- 30 magii, raro inveniuntur boni.

DE ILLIS QUI SUNT MAGNI QUOD PREELIGENDI SUNT QUAM PARVI

De illis etiam, quos diximus preeligendos, illi, qui magni sunt, magis sunt eligendi quam parvi, et tanto magis eligendi sunt, quanto malo-

res erunt, quoniam, si non sunt utiles ad unum, erunt utiles ad aliud. Qui, etsi secundum aliquid diminuti sunt in forma et plumagio predictis, tamen in magnitudine recuperant, quidquid in illis amiserant. Maioritatem namque sequitur fortitudo, per quam plus laboris sustinere possunt in tempore ventoso et alio tempore malo et plura facere eorum, que dicemus infra. Quod autem dictum est de forma et plumagio ad eligendum, non esset sufficiens, nisi falco simul cum illis haberet signa sanitatis et alia, per que debet eligi, que supra dicta sunt. Nam si sanus non esset falco, qui eligitur, et male tractatus esset, labor est inutilis circa ipsum.

10

De venatione ad riveram

Sed quoniam venatio ad riveram habet quedam specialia sibi, que non sunt in aliis maneriebus venationum, propter hoc oportet nos aliquid dicere de his, que supra dicta sunt, alio modo tamen.

DE MODO LOYRANDI

15

De modo loyrandi dictum est supra, quoniam, sicut loyratur girofalus, ita loyrandus est peregrinus et cum eisdem vocibus, cum quibus revocabatur ad loyrum, et hec voces debent esse proprie in revocatione falconis ad loyrum et debent esse differentes ab aliis vocibus, quas necesse est fieri, ut¹ infra dicemus. Et modus volandi ad loyrum, qui preeligebatur in girofallo, ipse idem preeligendus est in peregrino. Ille tamen, qui altius volat ad loyrum, preeligendus est, nam pro eo quod venatio ad riveram est, [oportet] ut falco debeat volare alte, et ideo, qui alte vadit ad loyrum, videtur, quod naturale habeat volare alte, propter quod melior spes haberi potest de ipso, et ob hoc est preeligendus. Et ille falco, qui dicit alas nec raro neque frequenter, sed inter utrumque, et qui dicit fortiter, ut supra dictum est, preeligendus est cum eo, quod volat alte, et ad hoc, quod addiscat volare alte, iuvat, ut, quando loyratur, ille, qui vocat ipsum ad loyrum, stet super colum, et qui dimittit ipsum ire ad loyrum, stet in plano. Hec enim signa sunt, quod melius potest contra ventum et malum tempus. Sed falcons, qui ducunt alas raro, quavis de huiusmodi inveniantur auda-

126 b

25

30

ces et boni aironerii, non tamen sunt preeligendi, nam de huiusmodi raro inveniuntur, qui possunt contendere contra ventum, sicut neque cetere aves, quecumque raro ducunt alas, ut predictum est. Et illi, qui ducunt alas curvas sub se et frequenter, non sunt eligendi, quoniam hoc volare significat debilitatem ipsius, et non posset contra malum tempus.

DE LOYRATIONE FACIENDA PEREGRINIS SEPIUS ET A REMOTIORI QUAM CETERIS

Hii autem falcones peregrini docendi ad riveram sepius sunt loyrandi et a remotiori quam ceteri, et quamvis dictum sit supra, quod multi grueri et multi aironerii nimio amore loyri fiant ficticii circa principium, tamen peregrinis non potest hoc accidere. Cum enim oporteat falcones docendos ad riveram tenere minus macros et minus famelicos quam in aliis venationibus, ut per eos possint melius fieri ea, que sunt necessaria venationi ad riveram, sicut patebit in opere; quod dicturi sumus, convenit, ut assuescant diutius ad loyrum et sepius fiant, que sibi placeant super loyrum, ut attentent ipsum magis. Nam si hoc, quod diximus,¹ non fierit eis, cum predantur aves magis delectabiles sibi, debiles et non defendantes se et quas consueti sunt per se capere tantum, appareret eis, quod refutarent loyrum, et propter hoc magis debent loyrari, ne amore avium, si non diligerent valde loyrum, amitti possent. Inde accedit, quod vix erunt aliqui de falconibus quibuscumque doctis ad riveram, quin ad longum odiant loyrum propter aves dictas, nisi habeatur diligentia circa eos super hoc, ut docuimus. Item, quoniam volant alte, vident aves a longe, et propter aves, quas vident, et propter manerias avium, quas consueverunt capere, et propter multa alia accidentia, que superveniunt, discedunt ab homine et citius recessunt a visu falconarii, precipue quando volant cum vento. Amplius falconum, qui docentur ad riveram, modus est volare alte et stare de super in directo falconarii, ut capiant illas aves, quas falconarius levabit eis, et quanto magis falcones erunt ¹perpendiculariter super falconarium levantem sibi aves, tanto convenientius descendunt ad capiendum eas, in quacumque parte ille aves levabuntur. Et instruere ipsos ad circumvolandum in directo super falconarium, ut dictum est,

fiet per amorem, quem habebunt in loyrum. Unde, quanto magis amabunt loyrum, tanto melius facient, quod dictum est.

QUOD FALCONES AMENT BENE LOYRUM ET VOCEM FALCONARI

Ex predictis itaque manifestum est, quod oportet, quod falcones per ament bene loyrum et similiter vocem falconarii et bene redeant ad utrumque. Et quamvis sint quidam de falconibus, qui circa principium cito diligebant loyrum et multum sint avidi de ipso, tamen hoc non sufficit, sed falconarius assidue placeat eis super loyrum, ut quasi in habitu habeant diligere loyrum. Nam si sic non fieret, propter plura inconvenientia de predictis facile obliviscerentur dilectionis, quam habuerant in loyrum, nondum converse in habitum.

DE ILLIS QUI FESTINANT LOYRARE FALCONES SUOS ET VENARI CUM IPSIS PRIUSQUAM SINT SUFFICIENTER LOYRATI^{126 b}

Verumtamen sunt quidam, qui festinant venari cum falconibus suis, priusquam sufficienter loyrentur. Et hoc faciunt, aut quia desiderant cito venari cum falconibus suis, aut quia timent, ne transeat tempus congruum venationi, aut forte quia invident alii falconario, qui suos falcones iam docuit, et quia ipsi intendunt eque cito docere falcones suos ut ille aut citius, aut quia falco multis diebus capit aves et pascitur de eis continuo neque interim loyratur aut pascitur super loyrum, aut etiam, quamvis loyretur, si non inveniat carnes super loyrum, et hoc accidat frequenter sibi, odiet inde loyrum, quia invenit se deceptum de eo, quod veniebat, aut propter malam impositionem capelli, ex qua odit hominem et loyrum, et falco ex hiis redditur non diligens loyrum, tamquam non naturale sibi, et amat magis aves, quas naturaliter appetit et rapit. Et hoc penitus reprobamus, cum non habeat homo ad alium tantum conveniens, propter quod possit retinere et rehabere falconem volantem quam loyrum. Et qui venabitur cum falcone odiente loyrum, accidere posset, quod recuperare non posset hunc falconem quemadmodum neque immansuetum. Et illorum falconum, qui non diligunt loyrum, multiplex est modus. Quidam enim sunt, qui nullo modo descendunt ad loyrum, et horum duplex

est modus. Nam quidam circumvolant super caput falconarii, exspectantes, quod proiciatur eis avis viva, si ea assueti fuerunt aliquando, aut levetur eis aliqua avis, quam capiant. Et huiusmodi, qui circumvolant sic expectantes, videndo quod non proiciatur eis avis viva aut non levatur, postquam sic diu expectaverunt, aut descendunt ad insidendum prope hominem aut recedunt querendo aves, quas venantur, aut recedunt ad insidendum longe a falconario. Et sunt quidam, qui veniunt ad loyrum cum difficultate tamen, quidam cum maiori difficultate, quidam cum minori. Quare huiusmodi falcones ex pluribus occasionibus 127 a intervenientibus de facili perdi poterunt, quod non accideret de falconibus diligentibus loyrum.

De causis, quare et quibus non redeunt libenter ad loyrum

Occasiones autem, per quas non redibunt libenter ad loyrum, sunt plures, quedam ex parte falconum, quedam extrinsecus. Ex parte falconum sunt huiusmodi, scilicet si fuerit aliquantulum pinguior debito, aut si fatigatus fuerit multum in volando, aut si timorosus est, aut si habet voluntatem balneandi se, aut si non fuerit cibatus, ut debet, per quod non famescit, et inde non affectat venire ad loyrum, aut aliqua egritudine detineatur. Occasiones autem extrinsecus aduententes alie sunt a tempore, alie a loco, alie propter aves. A tempore vero duplii, aut enim a tempore anni, aut a tempore diei. A tempore anni: vere scilicet et autumpno. Et hoc accidit propter inegalitatem aeris in temporibus illis, in quibus aliquando erit calor, aliquando frigus, pro eo quod sunt tempora media inter estatem et hiemem. Et quemadmodum tempora variantur in qualitatibus dictis, sic variantur voluntates falconum. In tempore siquidem frigido magis est famelicus, quare libentius venit ad loyrum, in tempore vero calido econtra. In quo etiam calido tempore veris vel autumpni consueverunt ascendere ad altum et aperientes caudam et alas circumvolare et exaureare. Quantum vero ad autumpnum, differentia est inter sauros, qui tunc docti sunt, et illos, qui tunc exierunt de muta et prius docti fuerant. Nam mutati, qui tenent de pinguedine, quam acquisiverant a muta, et vix

tantum possunt distringi, quin retineantur de illa pinguedine: illam namque confirmaverant sibi ex longa quiete, quam habuerunt in muta. Quando volant, calesiunt ex illa pinguedine et ex eadem fastidiunt cibum, petentes exaureare magis quam ad loyrum redire. Amplius diu steterunt, quod non fuerunt loyrti, dum scilicet steterunt in muta, et quasi oblii sunt amorem, quem habebant in loyrum,¹ propter hoc non libenter veniunt ad loyrum. Item, si quid vitium habuerunt in loyrum, priusquam in muta ponerentur, recordabuntur illius vitii et longe peius ad loyrum venient. Amplius mutati, ex eo quod frequenter ceperunt aves, sciunt cernere aves a loyro, unde, si aliquam de illis avibus, quas appetunt capere, viderint, dimittent loyrum pro illa, et licet non videant aliquam de illis avibus, sperant tamen, quod levetur eis aliqua avis, et hoc expectantes ad loyrum non vadunt. Sauri vero habent pinguedinem minus firmam, propter quod distringuntur ci-⁵tius, quod distringi expedit in docendo eos, ut supra dictum est. Et quia continuo loyrti fuerunt [et] ob hoc ad loyrum libentius redeunt nec aliud vitium receperunt prius ad loyrum, et quia per hominem non ceperunt tot aves, quod per eas non discernant loyrum ab avibus, et ut inde possint colligere vitium non veniendi ad loyrum, patet igitur per predicta, quod sauri libentius veniunt ad loyrum in autumpno quam mutati, de quibus predictum est.^{127 b}
¹⁰
¹⁵
²⁰

DE TEMPORE VERIS

In vere autem communiter tam sauri quam mutati minus libenter ad loyrum veniunt aliis temporibus, et hoc accidit, quia ex paucō cibo magis impinguantur tunc quam aliis temporibus, ex qua pinguedine fastidiunt loyrum. Et quia instat tempus coitus eorum, fiunt inde alacriores et ad loyrum minus libenter redeuntes, et quia pulchra tempora subsequuntur veris, ex quibus delectantur et ex quibus exaureant libenter. Et si aliquod vitium habuerunt per hiemem ad loyrum, retinen-²⁵tes ipsum et tunc magis ostendentes, minus veniunt ad loyrum.³⁰

DE TEMPORE ESTATIS

In estate autem sunt dies magis equales in calore, unde falcones non sunt tot diversarum voluntatum ut in vere et autumpno, propter hoc

libentius redeunt ad loyrum in estate quam in illis temporibus Amplius in estate iam transit desiderium coitus eorum, ex quo desiderio, cum non sit, non habeant occasionem non veniendi ad loyrum. Amplius, si sunt de illis,¹ qui per hiemem iam multas aves ceperant, quamvis iam discernant aves a loyro utpote delectabiores sibi, tamen, quoniam mutant pennas et sentiunt se ex hoc graves, non possunt multum recedere a falconario. Non enim multum affectant volare ad aves, cum non confidant se de facili capere posse eas, ideo venari tunc est eis magnus labor, et sepe fallunt propter defectum pennarum. Si vero sunt de iuvenibus primi anni ipsi, quia intenderunt semper loyro, et non ceperunt multas aves, quas preferant amori, quem habent in loyro, generaliter omnes falcones noviter dum sunt loyrati, libentius redeunt ad loyrum, quam postquam iam ceperint multas aves. Hinc est, quod tam iuvenes quam alii in estate libentius veniunt ad loyrum quam vere et autumpno.

DE TEMPORE HIEMIS

In hieme etiam dies sunt similiter magis equales in frigore quam vere et autumpno, unde falcones non sunt tam diversarum voluntatum ut in vere et autumpno. Amplius tempus coitus nondum instat, et hieme magis esuriunt et propter frigus hiemis et alia mala tempora redduntur pigri ad venandum. Propter hec omnia libentius redeunt ad loyrum hieme quam vere et autumpno.

DE QUALITATE TEMPORIS DIEI

De qualitate autem temporis diei, in quo libentius redeunt falcones ad loyrum, sic dicendum est. Et in tempore diei sereno falcones sunt alacriores, propter hoc libentius persequuntur aves, que aves tunc libentius volant de loco ad locum. Unde ille, qui non est bene perloyratus, in tali tempore non libenter veniet ad loyrum propter amorem, quem habet in aves, et quia magis videt eas a remotis, in tempore autem nubilo equet.

DE HORIS DIEI

De horis etiam diei, in quibus libentius redeunt ad loyrum, sic tenendum. Hore diel ante tertiam et vespertine sunt, in quibus ad loyrum

libentius veniunt et magis quam in horis medie diei, quoniam circa
meridia¹nas horas non libenter volant, aquile enim et cetere aves con- 127^b
sueverunt exaureare, de quibus timent falcones. Preterea circa medium
diem non habent appetitum comedendi intensem, unde tunc non dili-
gunt redire ad loyrum. Amplius circa medium diem libenter exaureant
ipsi falcones. Inde est, quod tunc non libenter ad loyrum redeunt.

DE HORIS VESPERTINIS

In horis autem vespertinis libentius ad loyrum redeunt quam mane:
consueverunt enim pasci mane. Qui si non pascantur mane aut si
etiam pascantur, sed parum, sero magis famescunt et tunc libentius 10
ad loyrum redeunt. Immo quanto magis sero, tanto libentius ad loy-
rum redibunt, cum non inveniant aves, propter quas dimittere debeant
loyrum, et inde tunc magis famescant.

OCCASIONES A LOCO PRO QUIBUS NON LIBENTER VENIUNT AD LOYRUM

Falcones a loco etiam habent occasiones, [pro] quibus minus libenter
veniunt ad loyrum, nam omnia loca, in quibus non consueverunt
venari, sunt eis causa minus ad loyrum libenter veniendi. Hoc autem
est sic, ut si consueti volare in locis planis et expeditis, non descen- 20
dant libenter in montanis locis non expeditis. Specialiter autem loca
aquosa et loca rorida - dum ros est super herbam, videtur falconibus,
quod aquosa sint - sicut sunt prata et reliqua loca, in quibus multe
herbe sunt receptive roris, et nives etiam stantes super terram sunt
eis causa minus libenter veniendi ad loyrum. Nam de nivibus timent et 25
sunt sibi horribiles. Similiter etiam loca herbosa herbis longis et
multis, ut sunt segetes et alia huiusmodi. Et loca fruticosa sunt eis
causa minus veniendi ad loyrum. Odiunt enim talia loca et loca val-
lium, quoniam amant semper esse in alto et prospicere a remotis, non
enim ad valles libenter descendunt, sed potius amant ire ad loyrum in
altum. Odiunt etiam venire ad loyrum in locis petrosis fluvialibus,
quoniam non consueverunt loca talia. Hoc autem dicimus de supra- 30
dictis locis non, quod non veniant ad loyrum¹ in eis, sed quia timent
venire, non libenter veniunt. Unde, si quis sepius loyraret eos in tali- 128^a

bus locis, non vitarent loyrum in eis propter consuetudinem. Hee sunt occasiones, que sumuntur a loco. Sed tam iste quam alie non sunt dicte, quod per eas omnes falcones dimittant venire ad loyrum omnino, sed quod quidam propter eas aut non redibunt ad loyrum aut minus libenter, et quidam eorum magis et quidam minus secundum maiorem aut minorem amorem, quem habebunt in loyrum, et qui minus timerent de locis predictis. Alias etiam occasiones, propter quas minus libenter ad loyrum veniunt, dicemus infra, ubi tractabitur de peregrinis falconibus, quomodo venantur.

10 DE CIRCUMVOLATIONE FIENDA SUPER CAPUT FALCONARI

Postquam falco peregrinus loyratus erit, ut diximus, et tantum sufficienter, quam diximus, debet doceri aliud speciale in hoc modo venationis. Et hoc debet doceri post loyrationem falconis et ante venationem eius ad riveram, et merito, nam partem tenet de loyratione et partem [de] venatione. Et hoc est, ut doceatur circumvolare super caput falconarii. Quod circumvolare, in quantum recolligitur falco per loyrum, spectat ad loyrationem, in quantum vero, dum circumvolat, si elevantur ei aves, quas capere debeat, spectat ad venationem. Et sic . . . est non solis ordine, sed et quia participat utroque. Circumvolare vero dicitur, quoniam in circuitu volat super falconarium.

De horis et temporis qualitate diei et loco

In docendo vero hec attendenda sunt: qualitas temporis, necnon hora diei et locus conveniens et modus operationis, que convenerint fieri.

DE TEMPORE PLUVIOSO

25 Quando igitur tempus est pluviosum, non est bonum facere falconem circumvolare, nam penne ipsius madefiunt, et quamvis haberet aliquam voluntatem bene faciendi, non poterit hoc facere propter madefactionem pennarum.¹

DE TEMPORE VENTOSO

30 Et quando tempus ventosum est vento forti, malum est, nam quamvis falco voluntatem habeat circumvolandi desuper falconarium, tamen

ventus prohibet ipsum in hoc et depellit ipsum a falconario. Et quia non usus est circumvolare, nescit nec vult conari contra ventum, ut circumvolet super falconarium, sicut debet.

DE TEMPORE NUBILOSO

Et quando tempus est nubilosum nebula densa, non est bonum, nam tali tempore nec falconarius potest videre falconem nec falco eum. Et si interim, dum circumvolat in tali tempore, videret aliquam avem et illam sequeretur, falconarius nesciret, quo sequeretur eum, et posset inde amitti, et ex tali tempore falco piger efficitur.

DE TEMPORE SERENO ET SINE VENTO

Tempus serenum et sine vento bonum est, nam falco ex tali tempore alacrior est ad volandum. Sed in estate tempestivius est faciendum propter calorem solis cito tunc venientem et propter aquilas et alias aves, que calore crescente consueverunt sursum exaureare, de quibus timeret falco, si tunc circumvolaret.

DE TEMPORE NUBILO

Tempus vero nubilum melius est, quoniam in estate et in hieme bonum est equaliter.

DE TEMPORE NIVOSO

Et quando tempus est nivosum, non est bonum, nam ex tali tempore madefiunt penne, et horrent videre nives, et falco piger efficitur.

DE DIVERSITATE HORARUM DIEI

De horis diei autem diversi diversa sentiunt. Sunt enim quidam, qui dicunt, in principio quando docetur circumvolare, quod hore diei ante tertiam meliores sunt ad faciendum circumvolare falconem, et assignant huiusmodi rationes. In talibus siquidem horis, si contingat, quod falco circumvolans videat aliquam avem et recedat ab homine fugando illam vel propter aliud aliud, habetur spatium per totum diem ad querendum falconem, et sive ceperit aliquam avem sive non ceperit, facilius recuperabitur, quoniam poterit recuperari, priusquam

128^a superveniat nox.¹ Et hii etiam dicunt, quod, si circa vespere mittetur ad circumvolandum et recederet ob aliquam causam, ut predictum est, superveniret nox, priusquam posset recuperari, minus enim spatum haberetur ad querendum ipsum. Et si caperet aliquam avem [et] de illa pasceretur, difficilior esset ad recuperandum sequenti mane, pro eo [quod] solus stetisset tota nocte et non in consortio hominum, ut agrestis consueverat, et sic oblivisceretur in maiori parte illius domesticitatis, quam prius habebat, et exinde factus agrestior vix aut nunquam recuperari posset. Et si etiam non pasceretur, esset inde agrestior quam in die propter obscuritatem noctis et solitudinem, in qua stetisset.

DE HORIS VESPERTINIS

Et sunt quidam, qui dicunt, quod circa vespere melius est mittere falconem ad circumvolandum, quia in tali tempore et hora falcones non exaureant – in estate maxime, cum adveniente nocte magis ac magis aere infrigeretur, mane vero calefit – nec apparerent circa sero aliquae aves, de quibus timere possit, nec tot aves volant per campaniam circa sero, quas sequuntur falcones, pro quibus perdi possunt.

DE MANE

20 Nos autem dicimus, quod circa mane melius est, quia falcones sunt alacriores, et propter ea, que ad hoc supra dicta sunt, et mane minus famescunt, propter quod altius volant. Sed cum sero magis famescant, minus alte circumvolant, propter quod non potest adeo bene cognosci modus sui volatus, quia quamvis voluntatem haberent alte volandi, 25 fames tamen non permittit neque hora, eo quod omnes aves circa sero magis appetunt quiescere quam volare.

DE MEDIO DIE

Circa medium autem diem facere circumvolare falconem prohibemus omnibus temporibus, minus tamen in hieme.

30 DE HORIS SUPRADICTIS AD FACIENDUM CIRCUMVOLARE

Quotiens autem quis possit facere circumvolare falconem, dicimus, 128^b quod semel, illis horis scilicet, quibus dictum est. Sed si quis¹ vult

festinare, ut veniat ad propositum docendi cito falconem, poterit hoc facere mane et sero in estate, tantum in frigidis regionibus propter maiorem longitudinem diei et calorem minus intensem illuc.

De impedimentis cavendis

Diximus de qualitate temporis et de horis diei, in quibus est conveniens facere circumvolare falconem et in quibus non, tangendo in hoc diversas opiniones, et ostendimus meliorem. Nunc volumus dicere, ubi fiat, et que impedimenta cavenda sunt. Ad quod faciendum pre-exigitur, ut teneatur in ea qualitate corporis, que media est inter pinguedinem et maciem, considerando etiam in hoc voluntatem falconis, qui si non esset in ea qualitate, qua deberet, operaretur aliter quam conveniret.

QUID DEBET PORTARE FALCONARIUS FORAS

Consideratis igitur hiis, falconarius debet equitare foras, portando falconem, loyrum, carnes et alia convenientia, cavendo sibi a locis inconvenientibus supradictis, illis scilicet, in quibus dubitant falcones venire ad loyrum. Et debet elongare se a via et ab aliis locis, ubi frequentant homines, pedites vel equites, et canes maxime, quoniam currunt libenter ad vocem falconarii, et canes maxime usi sunt currere ad quamcumque rem, [quam] homo proiciat a se. Unde quandoque falconarius proiceret loyrum pro recolligendo falconem, canis curreret ad loyrum, et si prius canis perveniat ad loyrum quam falco, ipse falco, timens de cane, ad loyrum non veniet. Et si falco prius perveniat ad loyrum quam canis, canis veniens illuc coget falconem dimittere loyrum propter timorem, quem habebit de ipso, sic quod propter illum timorem vix aut nunquam recuperari poterit. Et si contingat, quod aliqui transeant, non dimittat abire falconem ad circumvolandum, quousque illi tantum recesserunt, quod non possint videri a falcone, nam si falco videret aliquos homines, credens loyrari per ipsos iret ad ipsos.

DE IMPEDIMENTIS CAVENDIS

Et cavendum est, ne per campaniam, in qua' debet circumvolare, sint aves diverse, ad quas diverteret, aut alie, de quibus timeret, aut alie,

que verberent ipsum. Et si accidat, quod aliqui equitarent cum ipso, faciat esse congregatos prope se, et si aliquis de equitantibus cum ipso descendenter vel iam descendisset, non iactet falconem, priusquam ascenderit super equum, ne falco, videns illum peditem vadat ad ipsum, 5 credens pasci ab eo.

DE CAMPANIA QUOD SIT EXPEDITA

Campania autem, in qua mittetur falco ad circumvolandum, tam expedita debet esse, quod, si contingat falconem propter aliquid recedere, falconarius libere et sine impedimento possit ipsum sequi aut, si 10 proiciat sibi loyrum, falco possit videre ipsum.

QUALITER DEBET FALCONARIUS RECEDERE AD IACTANDUM FALCONEM

Quando igitur falco iactari debet, si ventus non erit, falconarius recedere debet a sociis, in quamcumque partem voluerit, magis tamen expeditam secundum distantiam, qua falco possit discernere ipsum ab illis. Et si ventus fuerit, recedat contra ventum, dimittens socios suos sub vento. Et si est de portantibus capellum, removeatur ei capellum et permittatur, quod egerat et excutiat se, si hoc facere voluerit. Si supra manum hoc facere voluerit, melius est, nam si supra manum non faceret, 20 in volando faceret, et esset tunc impedimentum altitudini sui volatus. Ad hoc autem extrahitur capellum sibi: expectando, quod egerat et excutiat se, quod alia vice, quando fient hec ei signa, ei signa sint, quod iactari debeat. Verumtamen extractio capelli non semper est signum falconi, quod debeat iactari. Aliquando enim remoto capello non affectat 25 volare, quia piger est, ex se vel ex tempore, vel etiam, quia assuetus est portari diu sine capello. Inde est, quod, quando removetur sibi, non credit iactari sed portari, ut consueverat. Propter hoc bonum est, tam in portantibus capellum quam non portantibus facere eis, quando iactari debent, ea que dicta sunt, quod cognoscat, quod ea sint ei signa, quod iactari debeat. Post hoc vero falco aut aperiet alas et ostendet se velle volare aut non. Qui si non aperiet alas nec ostenderit se velle volare, debet falconarius antecedere contra ventum, ut per motum suum excitetur falco ad volandum. Quo facto, falconarius extendat

brachium non nimis alte, non nimis ime, sed sicut portare solet. Deinde impellat manum suaviter circa principium, augmentando motum impulsionis. Iactos vero non dimittat, quo usque de ventum non erit ad finem impulsionis predicte, ad quam postquam de venerit, aperiat digitos et dimittat eum ire. Et si aperuerit alas a principio, ostendendo se velle volare, debet eum iactare statim, quod viderit hoc, secundum modum, qui dictus est nunc. Si vero est de non portantibus capellum, falconarius similiter extendat brachium et faciet ei, que dicta sunt, ut cognoscat per ea alia vice, quod debeat iactari.

De Diversitate modorum, quos habent in circumvolando

Sed quia omnes falcons non habent unum modum circumvolandi, quando iactati sunt ad circumvolandum, oportet nos dicere diversitatem, quam habent falcons, postquam iactati sunt ad circumvolandum, in circumvolando. Sunt quidam, qui, postquam emissi sunt de manu, remanent prope hominem, et sunt quidam, qui non remanent, sed recedunt.

DE ILLIS QUI REMANENT PROPE HOMINEM

Illorum, qui remanent prope hominem, alii circumvolant alte super hominem et non vadunt ad sedendum. Alii circumvolant minus alte illis super hominem, nec vadunt ad sedendum. Alii circumvolantime duobus vel tribus circuitibus, deinde non expectantes vadunt ad sedendum prope hominem. Alii vero non circumvolant omnino, sed statim vadunt ad sedendum prope hominem.

DE ILLIS QUI NON REMANENT PROPE HOMINEM

Illorum vero, qui non remanent prope hominem, sed recedunt, alii circumvolant alte, nec vadunt ad sedendum, sed elongantes se recessunt ab homine. Alii circumvolant minus¹ alte, nec vadunt ad sedendum, sed elongantes se recessunt ab homine. Alii circumvolantime duobus vel tribus circuitibus, deinde non expectantes vadunt ad se-

dendum longe ab homine. Alii non circumvolant omnino, sed statim vadunt ad sedendum longe ab homine.

DE ILLIS QUI REMANENT PROPE HOMINEM SIVE CIRCUMVOLENT SIVE NON

- 5 Illorum vero modorum, qui remanent prope hominem, sive circumvolant sive non, vel quidquid aliud faciant, tanto melior est modus quam illorum, qui recedunt ab homine, quanto falconem remanere prope hominem est melius, quam ipsum recedere ab homine.

DE MELIORI MODO

- 10 Amplius illorum quatuor modorum, qui remanent prope hominem, inter se invicem primus modus melior est, pro eo quod falco istius modi per se incipit facere intentionem eius, ad quod doceri debet, et facile reduci potest ad perfectionem intentionis. Que intentio est, ut volet alte desuper hominem, quasi perpendiculariter et directe, quantum tenus, quando levabitur sibi avis desubtus, ad quam volare debet, ad quamcumque partem volaverit avis ipsa, ipse falco, equaliter distans ab omni parte, paratus sit descendere ad illam avem ferire aut capere. Secundus modus minus bonus est primo in eo, quod volat minus alte quam primus, et quanto minus alte incipiet circumvolare, tanto 20 modus hic minus bonus erit quam primus. Tertius in tribus recedet a bonitate primi in eo, quod minus alte circumvolat, et in eo, quod non durat in circumvolando, et in eo, quod vadit ad sedendum. Quartus tanto plus recedit a bonitate primi et ceterorum dictorum, quanto nullum facit de bonitate primi, sed prorsus recedit ab intentione, nullo 25 namque modo circumvolat, sed statim vadit ad sedendum prope hominem.

DE MODO MINUS MALO

- Illorum autem, qui non remanent prope hominem, sed recedunt ab homine, primus modus minus malus est ceteris. Nam in eo,¹ quod falco 129^a b alte circumvolat, partem facit eius, quod intenditur, sed in eo, quod ab homine elongatur [et] recedit, malus est. Secundus modus peior est primo in duobus, in eo scilicet, quod circumvolat non tam alte, et in

eo, quod ab homine elongatur. Tertius modus peior est predictis duobus in eo, quod imo circumvolat, et in eo, quod non durat in circumvolando, et in eo, quod recedens ab homine longe vadit ad sedendum.

DE PEIORI MODO PREDICTIS

Quartus modus peior est predictis, cum distet omnino apposito. Falco enim talis modi non circumvolat, sed vadit ad sedendum longe ab homine, et propter hoc difficilis est reducere ipsum ad perfectionem intentionis predice. Est preterea aliis modus de illis falconibus, qui non remanent cum homine, quando scilicet falco statim, quod emissus est a manu, non circumvolat aliquo modo, sed videns alias aves recedit ab homine et volando vadit ad ipsas vel etiam, non videns eas vadit querendo ipsas. Et hunc modum non multum reproba-
mus, nisi in eo solum, quod non circumvolat. Nam in eo, quod volat ad aves vel querit eas, audacia eius magis designatur quam malitia. Si tamen in consuetudine hoc duceret, malum esset.

5

10

15

DE SINGULIS DICTORUM MODORUM

De singulis autem horum dictorum modorum tractandum erit per ordinem, secundum quod positi sunt in divisione, sed quoniam primus modus melior est omnibus - et ad quem modum ceteri reducendi sunt - dicemus primo de ipso omnem operationem, quam convenit fieri in eo, nam per illam operationem et per alia, que dicemus infra, reducen-
tur alii modi ad primum.

20

De falcone recedente et volante supra falconarium

Postquam falco iactatus eo modo, quem diximus, circumvolat supra falconarium, si falconarius videat, quod falco propter aliquam occasionem velit recedere vel elongari ab ipso, vociferet ad falconem, et circumducat cirotcam cum manu dextra in circuitu supra caput¹ suum et moveat se de loco, in quo erat, vadens ad locum versus fal-
conem.

25

130 a

QUARE VOCIFERAT AD FALCONEM

Ad hoc autem vociferat ad falconem, quod non recedat nec elonget se a falconario. Hee autem voces debent esse dissimiles vocibus, quas faciebat in loyrando, nam si essent similes, falco descendenter ab altitudine sua, sperans, quod falconarius iactet sibi loyrum, et recordans vocum illarum, quibus erat consuetus, quando loyrabatur. Debent etiam esse dissimiles propter alia, que docentur infra.

QUARE DUCITUR CIROTECA

Ducitur autem ciroteca cum manu dextra supra caput, ut falco discerne addiscat ab aliis illum, quem iturus est. Et quia iste motus partim 10 simile est motui loyri, falco redibit versus falconarium, sed quia percipit illum non esse loyrum, non descendet.

QUARE MOVETUR DE LOCO AD LOCUM

Movetur autem de loco, in quo est, ad locum versus falconem, eo 15 quod falco, qui novicius est, discernat ipsum ex hoc motu inter alios. Forte aliquis de falconibus non discernet neque vocem neque ductum cirotece, quibus non est adhuc assuetus, et ideo falconarius debet movere se, vociferando et cirotecam ducendo, et obviare ei. Et quando falconarius erit sub eo, vociferando eadem voce, iactet sibi loyrum et 20 colligat ipsum. Et hoc fit ei, ut falco alia vice, quando videbit falconarium movere se et alia facere, que diximus, redeat ad ipsum et addiscat ipsum sequi, recordans loyrum, quod sibi fuit iactatum prima vice. Et quia adhuc nescitur, quem modum circumvolandi faciet, attendendum erit ad modum, quem faciet. Qui falco si erit de primo modo magis laudabili inter ceteros, faciet hec signa omnia in suo circumvolatu. Aperiet caudam, verberabit alas fortiter, erectus ascendet, faciendo gira sua brevis circumferentie et aggravando ascensum suum ad superius in girando. In quo modo ascensus videri potest et cognosci fortitudo falconis et sanitas in renibus, nam ille, qui fortis est et non 25 habet sanos renes, facit¹ giramenta sua non brevis circumferentie, sed ample. Et dum falco circumvolabit, falconarius committet se de loco ad locum equitando, ut falco addisat sequi ipsum et circumvolare super eum, quocumque vadat. Caveat tamen, quod non equitet ita cito,

quod tedeat falconem sequi ipsum. Et si ventus erit, non equitet contra ventum, quoniam tederet falconem sequi falconarium contra ventum.

DE REVOCANDO FALCONE NOVICIO MISSO
AD CIRCUMVOLANDUM

5

Quando igitur iactatus est falco novicius ad circumvolandum, falconarius postmodum debet loyrare ipsum, sed non prius loyret falconem, quam ipse falco bis vel ter circumvolaverit per aera desuper. Nam si prius loyraret ipsum, propter celerem loyrationem, que fieret, non assuefaceret nec addisceret circumvolare. Nec postquam circumvolaverit bis vel ter sursum in aera, falconarius non debet expectare amplius, sed statim debet ipsum loyrare. Nam si diutius expectaret ad loyrandum falconem, qui circumvolat, ipse falco, qui novicius est in hoc opere, nesciens, quod faciat aut propter quid, possit recedere a falconario et abire, aut propter tedium diutius circumvolandi, aut quia iterum, dum tamdiu circumvolaret, aliquas aves videret, ad quas diverteretur, aut alias timeret, ne ipsum caperent, aut quia alia contravenire possent, que verberarent ipsum, ut sunt cornices, corvi. Propterea causas falco novicius circumvolans loyrandus non tarde est. Quando autem falco circumvolando regirabit se versus falconarium et in regirando approximaverit capiti falconarii, ipse falconarius, assumpto loyro de latere suo, vociferabit ea voce, qua solebat, quando loyrabatur falco. Per huiusmodi namque vocem falco circumvolans respiciet subtus se ad falconarium et melius discernet, quando iactabitur sibi loyrum. Immo, si contingeret, quod falco circumvolans in regirando non approximaret capiti falconarii, ipse falconarius deberet ire desubtus usque ad falconem, et qui statim, quod esset sub falcone, vociferaret, ut diximus, et loyrum proiceretur, quod loyrum non iactari debet in aliquo de locis predictis, ad que loca falco non libenter descendit. Iactus etiam hic loyri, qui sit, quando est falconarius in directo sub falcone, iuvat in hoc, nam falco assuescit per ipsum retinere se libentius super hominem perpendiculariter et directe, quod non accideret, si iactaretur loyrum falconi, quando falconarius esset longinquus ab eo. Hoc autem modo iactari debet loyrum: non circumdu-

204

10

15

25

130'a

30

cendo scilicet, non ad altum debet iactari, sed per longum desuper ter-
ram, longe a falconario. iactato itaque loyro, falconarius elonget se in-
continenti aliquantulum a loyro iactato. Et hoc convenit fieri, ne falconi,
qui iactatus est ad circumvolandum, quod est novum sibi, quod-
cumque fiat, sive quod impellatur, sive quod ipse voluntarius rece-
dat de manu, et quia in circumvolando sentit se magis liberum solito,
accidere possit, quod acquireret quandam agrestitatem [et] insidere
vitaret super loyrum propter propinquitatem hominis vel equi. Viso,
quod falco descenderit et sederit super loyrum, falconarius non acce-
dat illuc, priusquam videat falconem incipientem comedere carnes
loyri. Quod cum viderit, accedat illuc non directe, sed equitet circum-
eundo et faciat reliqua omnia, que dicta sunt in capitulo de loyratione
falconum, et pascat ipsum, sicut dictum est in capitulo eodem. Hoc
faciat semel in die ea hora, que dicta est, et tribus vel quatuor diebus
ad plus sufficiet hoc facere in docendo falconem circumvolare. Si au-
tem contingat, quod falco, descendens ad loyrum, aut propter agresti-
tatem, quam suscipit in circumvolando aut timore loci aut propter
aliam causam non insiderit super loyrum, sed percutit ipsum, falco-
narius non festinet illuc ad capiendum loyrum, sed permittat falconem
percutere loyrum, quotiens voluerit. Moris enim falconum est, quod
propter timorem loci vel propter aliam causam¹ percutiant loyrum ali-
quotiens et circumvolent super ipsum et demum assecurati insident
super loyrum vel prope. Viso, quod falco considerit supra loyrum,
falconarius accedat illuc et faciat, sicut dictum est. Et si falco insideat
prope loyrum, non accedat illuc falconarius, priusquam falco vadat
per se et insideat supra loyrum, et postquam hoc fecerit falco, vadat
falconarius et faciet, sicut dictum est. Quod si falconarius viderit fal-
conem sic facientem propter dictas causas vel propter alias, vociferet
voce, alia a voce, quam faciebat, dum falco circumvolabat, ut per hanc
suam vocem, quam proferet falconi recedenti, addiscat et assuescat
falco redire super falconarium. Cui falconi, postquam redierit in Di-
recto capit is falconarii, iactandum erit loyrum vociferando. Secundo die
dimittat ipsum facere plures circuitus, antequam iactet sibi loyrum,
tertio plures, et sic usque ad quartum, quatenus falco addiscat ascen-
dere cum suis circuitibus factis sursum et assuescat diutius circum-

volare super hominem, faciendo circuitus suos super hominem et sequendo hominem ipsum, quocumque ierit, circumvolando super eum.

SEQUITUR DICERE DE SECUNDO MODO

Sequitur de secundo modo, qui non minus bonus primo, nisi quod non tam alte circumvolat. Quod quando falco faceret, considerare debet falconarius, an falco faciat hoc per loyrum an propter famem an propter maciem, que macies nociva est sibi in hoc, quod non potest alte volare, cum sit debilis per maciem, et in hoc, [quod] fames, que comitatur ipsam maciem, facit eum cupientem pasci esse propinquum falconario. Et si falconarius nullum horum perpenderit in falcone, sciat esse hunc modum sibi proprium, [et] cognoscetur, si faciet propter loyrum vel propter famem, per hec signa, quia talis falco faciet hoc propter consuetudinem, quam habuit in loyrando, quando falco scilicet veniebat ad falconarium et falconarius iactabat sibi loyrum. Propter hoc, quando iactatur ad circumvolandum, volans¹ et videns falconarium prope se, est attentus, quod iactet sibi loyrum more solito. Unde statim, quod iactatus erit et incipiet circumvolare, vertet se ad hominem aperiendo alas, expectans, quod iactetur sibi loyrum. Et si tardat falconarius iactare sibi loyrum, falco ipse in girando appropinquabit magis ac magis, desiderans, quod iactetur sibi loyrum. Et similiter cognoscetur, si per maciem erit et famem habuerit, quia faciet eadem signa. Sed si famem non habuerit et solum propter maciem hoc fecerit, cognoscetur per hoc. Dicit alas lente et debiliter, et quamvis nitatur, ascendere non potest, et gira sue circumvolutionis facit amplia propter debilitatem, quam habet ex macie. Si propter nimium amorem loyri vel propter famem hoc fecerit, faciat ipsum falconarius circumvolare tempestivius, quia minus famescit. Et si hoc non iuvat et solum propter amorem loyri faciat, pro eo scilicet, quia multum fuit loyratus, iactandus erit aliquot vicibus ad aliquam de illis avibus, que confidunt evadere circumvolantes, ascendendo potius quam elongando ve- lociter et directe. Et postquam iactatus erit et ascenderit ad illam avem et illam iam dimiserit, debet vociferare ad falconem et iactare loyrum. Si propter famem hoc fecerit, dividatur die precedenti pastus suus debitus in duas vices, ut pascat eum mane plus et sero reservet sibi ali-

quid de pastu, quod dabit sibi, ut mane sequenti minus famescat. Si vero propter maciem hoc fecerit, addatur sibi tantum in pastu aliquot diebus, quo usque reducatur ad statum convenientem ad hoc, quod per maciem non cogatur hoc facere. Si per modum sibi proprium hoc fecerit, faciat ipsum volare ad aves, que ascendunt circumvolando. Faciendo ipsum volare ad aves de rivera, cum ipse percipiet, quod non poterit aves capere de suo uno circumvolatu quemadmodum debet alte, ipse idem altius circumvolabit.

SEQUITUR DICERE DE TERTIO MODO

10 Sequitur de tertio modo. Falco, qui est huiusmodi, circumvolat imē et
131 b durat in circumvolando nisi modicum, deinde vadit ad sedendum. Hoc autem facit, aut quia fatigatus fuit et non potest durare in circumvolando, aut propter domesticitatem multam, quam habet cum homine, ex eo quod diu stetit cum homine, priusquam inciperet doctrinari, aut
15 etiam propter maciem aut propter infirmitatem. Si, quia fatigatus fuit, hoc faciat, quod cognoscetur per signa supradicta de falcone fatigato, permittat ipsum quiescere, quo usque videantur in eo signa, que diximus, quod redierit ad primum statum suum, et postquam sufficienter quieverit, mittatur ad circumvolandum. Si propter multam domestici-
20 tam hoc faciat, quod cognoscetur ex eo, quod diu stetit cum homine in mansuetudine, faciat eum falconarius volare ad aves, que circumvolando sursum ascendunt, ut dictum fuit in secundo modo. Si vero propter maciem hoc fecerit, quod cognoscitur per signa, que supra dicta sunt, fiat ei, secundum quod dictum est in secundo modo. Si vero
25 propter infirmitatem hoc faciat, quod cognoscetur per signa, que dicentur in capitulo infirmitatis, sanetur prius, ut convenit, et postea mittatur ad circumvolandum. Ex hiis docetur falco, quod alte circumvolet. Sed quod duret in circumvolando, fiat hoc. Falconarius videns ipsum circumvolare non expectet, quod vadat ad sedendum, sed cito
30 iactet sibi loyrum, et de die in diem plus expectet ad iactandum sibi loyrum, ut ex hoc addiscat durare in circumvolando. Quod si iverit ad sedendum prope, falconarius elonget se ab eo, vociferando ad falconem et cirotecam ducendo, quatenus falco per vociferationem et per ductum cirotece surgat et vadat ad eum. Videns autem falconarius, quod

falco veniat, non expectet, quod falco iterum vadat ad sedendum, sed dimittat ipsum completere unum circuitum circa se, deinde iactet sibi loyrum. Unum autem commune valet ad hoc, quod falco non circumvolet ime et quod duret in circumvolando. Et quod non vadat ad sedendum, est facere ipsum circumvolare supra loca fruticosa aut herbosa magnis herbis, ad que descendere timet ad sedendum,¹ unde circumvolat altius et diutius. Cum autem circumvolaverit aliquandiu, recedat falconarius a locis illis, et vociferando, ut conducat falconem supra se, ad locum vadat expeditum et ibi iactet sibi loyrum, sicut supra dictum est.¹⁰

5
131^a

SEQUITUR DE QUARTO MODO

Sequitur de quarto modo. Falco, qui est talis modi et non circumvolat, sed statim vadit ad sedendum, aut faciet hoc, quia multum est fatigatus, aut propter domesticitatem multam aut propter famem aut propter infirmitatem. Si hoc facit, quia multum fuit loyratus, quod cognoscetur, si hoc non fecerit propter aliquam de aliis causis, iactandus erit in locis herbosis et fruticosis, ut auferatur sibi voluntas eundi ad sedendum. Deinde iactetur sibi loyrum in locis convenientibus, ut supra dictum est, et etiam iactandus erit ad aves, que ascendunt sursum circumvolando. Si vero propter fatigationem vel domesticitatem vel famem vel infirmitatem hoc faciat, quod cognoscetur, sicut predictum est, fiet ei, sicut prediximus. Hec facienda erunt illis, qui remanent prope hominem.¹⁵

20

DE ELONGANTIBUS AB HOMINE QUARE FACIUNT HOC

Aliis autem, qui elongantur ab homine, faciendum est aliter. Nam illi, qui circumvolant alte et elongantes recedunt ab homine, aut facient hoc, quia male tractati fuerunt, unde odiunt hominem, aut quia in principio sue mansuetationis parum fuerunt loyrati, aut propter odium, quod habent in capellum, ad quod non fuerunt inde doctrinati, et inde etiam odiunt hominem, aut propter pinguedinem nimiam. Quod si faciat, quod male tractatus est, propter quod odit hominem, cognoscetur mala tractatio per signa, que supra dicta sunt de falconibus male tractatis. Odium, quod habent in homine, cognoscetur per signa,²⁵

30

que supradicta sunt de falcone timente de homine. Propter malum trac-
131^b tamentum quiescat, quantum sufficit, aut alia fiant, que dicta sunt.¹
Propter odium, quod habet in hominem, abbecando et blandiendo et
cetera faciendo, que dicta sunt, studeat facere, quod diligat hominem.
5 Quod si fecerit propter hoc, quod in agrestitate sua non fuerit suffi-
cienter loyratus, reducatur ad loyrum et sufficienter loyretur. Post=
quam est perfecte loyratus et iam est ad hoc, ut debeat circumvolare,
quando loyratur, et iam appropinquaverit ad loyram tantum, quod
sit tempus iactandi loyrum, abscondat repente loyrum, nam propter
10 hoc superstabit loyranti circumvolans, expectans, quod iactetur sibi
loyrum. Et postquam duabus vicibus circumierit, iactet sibi loyrum,
non sustinendo, quod recedat ante iactum loyri, et super loyrum pla-
ceat ei blandiendo, quam poterit, et pascendo ipsum bonis carnibus,
et faciat pluribus diebus, faciendo ipsum diutius circumvolare. Et
15 post hoc, quando vult ipsum iactare ad circumvolandum, faciat ipsum
abbecare super carnes loyri. Et statim iactet ipsum ad circumvolan-
dum, ne per moram, si non statim iactaretur, oblivisceretur abbeca-
tionis facte et recederet, et cum iactaverit ipsum, vociferet voce solita
circumvolando. Vociferatio autem prodest, nam per vocem falco non
20 recedit desuper ipsum, et post tres vel quatuor circuitus statim sibi
subtus ipsum proiciat loyrum. Si vero hoc faciat propter odium,
quod habet ad capellum, quod manifestatur eo, quod male sustineat
imponi sibi capellum vel iam impositum, doceatur ad impositionem
capelli, ut docuimus in tractatu de capello. Et postquam assuetus erit
25 ad capellum, debet loyrari aliquot diebus, et post illos dies, cum iam
debet mitti ad circumvolandum in loyrando, quando venerit prope
loyranted, abscondatur sibi loyrum et fiat, ut supra. Deinde, quando
debet iactari sine loyratione ad circumvolandum, debet abbecare carnes
super loyrum, deinde iactari, et postea fiat ei, ut supra dictum est. Si
132^a vero propter pinguedinem hoc faciat, quod manifestatur¹ tactui et reli-
quis signis predictis, priusquam iactetur ad circumvolandum, debet
reduci ad convenientem statum, et postea de loyratione et de circum-
volutione, ut supra dictum est.

DE SECUNDO MODO ILLORUM QUI MINUS ALTE CIRCUMVOLANT

Sequitur de secundo modo, de illis scilicet, qui minus alte circumvolant [et] deinde recedunt ab homine. Qui quoniam hoc faciunt propter eas de causis, que sunt in primo modo, docendi sunt remanere quemadmodum supradicti. Et postquam docti erunt remanere cum homine ad hoc, quod doceantur circumvolare altius, iacentur ad circumvolandum in locis herbosis et fruticosis et facere alia, que dicta sunt ad faciendum eos circumvolare alte. 5

DE TERTIO MODO CIRCUMVOLANTIUM IME ET NON DURANTIUM 10

Tertius modus est de illis, qui circumvolant ime et non durant in circumvolando, deinde, elongantes se ab homine, vadunt ad sedendum. Qui curabuntur, reddendo singulis vicibus singulas curas, ut supra dictum est. Sed tanto studiosius hoc fiat, quanto modus eorum est peior predictis, et in eo, quod passi sunt plus causas predictas, scilicet malam tractationem et cetera. 15

DE QUARTO MODO NON CIRCUMVOLANTIUM

Quartus modus est de illis, qui nullo modo circumvolant, sed statim elongantes se vadunt ad sedendum. Cum peiores sunt aliis, multo studiosius intendendum est ad curam ipsorum in eo, quod doceantur circumvolare et remanere cum homine et non ire ad sedendum per ea, que supra dicta sunt, quod etiam, si falco huiusmodi iverit ad sedendum longe ab homine, falconarius debet revocare ipsum, vociferando et circumducendo sibi loyrum. Quo veniente prope loyrantem, abscondi debet loyrum, deinde post duas vel tres circumvolutiones iacari, et postea pascat ipsum. 20 25

DE ULTIMO MODO

Modus autem ultimus, qui est de illis, qui non circumvolant, sed recedunt, ut sequantur aves, accidit pro eo, quod in agrestiitate sua fuerunt loyrai et non fuerunt sufficienter perloyrati. Ex ipsa namque agrestitate ipsi peregrini, cum non diu steterunt cum homine, nondum oblivioni tradiderunt aves, quin sequantur eas libenter, quotiens vi-

derint, ut solebant, et ex insufficiencia loyrandi non habent tantum
amorem in loyrum, quod propter ipsum dimittant sequi aves, quas
consueverunt capere. Et propter hoc debent loyrari satis et per plures
dies, deinde non iactentur ad circumvolandum, ubi sunt aves, et
5 maxime ille, quas primo sequebantur. Et etiam, si non propter insuf-
ficienciam loyrandi, sed propter suam audaciam prima vice, quando
iactatur ad circumvolandum, persequitur aves, non erit iactandus, ubi
sunt aves ad circumvolandum, et maxime tales. Et si forte contingit,
quod ipse idem falco, recedens ab homine, licet non viderat aves, va-
10 dat querendo eas, fiat ei illa cura, que siebat falconibus, qui circum-
volabant alte et recedebant ab homine, eo quod pertinet ad loyrum,
quatenus ab homine non recedat. Et si persequitur aves, falconarius
sequatur ipsum vociferando, dum videt ipsum, et si per vociferatio-
nem vel propter aliquid aliud dimittat aves et revertatur ad falco-
15 narium, quando erit supra ipsum, proiciat sibi loyrum et recolligat et
pascat eum, sicut supra dictum est. Et si elongatur tantum, quod non
videat ipsum, circumducat loyrum et vociferet. Si autem contingat,
quod capiat aliquam avem, si falconarius advenerit, priusquam pa-
scat se, auferat avem de pedibus suis et non pascat ipsum tunc, sed
20 reducat ipsum ad primum locum, in quo prius iactatus fuit ad circum-
volandum, quam citius poterit, et faciat ipsum illic circumvolare. Fal-
coni, quia fessus est, eo quod multum laboravit, sepe accidit, quod non
recedit ab eo, et si non recedet, proiciat sibi loyrum et pascat eum, et si
recesserit, abbecationes faciat similiter, quotiens recesserit. Si pascet se
25 aut parum aut multum: [si parum,] non addatur aliquid pastui suo, sed
in crastinum iterum mittatur ad circumvolandum, si multum, distrin-
132^a gat ipsum aliquot diebus secundum quantitatem pastus. Deinde¹ loyret
ipsum, et postquam loyratus erit, faciat circumvolare sequenti die, ut
dictum est. Et quotiens accideret hoc sibi, faciant ei dicte cure, ut ad-
30 discat remanere cum homine et non elongetur ab ipso. Ab homine
elongari se falconem est sibi naturale, remanere vero cum homine est
sibi accidentale, et facilius retrahitur ad id, quod est sibi naturale,
quod per se facit, quam redire ad artificiale, quod per se non facit, sed
falconarius facit ipsum hoc facere. Preterea plures sunt cause facientes
35 ipsum elongari ab homine quam ille, que faciunt ipsum remanere cum

homine. Nam per mala tempora vel loca insueta et mala et per voluntatem, quam habet exaureandi, et per aves, quas persequitur, et per aves, que verberant ipsum, et per aquilas et alias aves, de quibus timet, et per alia multa elongatur ab homine. Sed remanere ipsum cum homine non est alia causa nisi amor, quem facit eum habere in loyrum. Inde est, quod de illis modis, qui remanent cum homine, ultimus, qui est minus bonus aliis, longe melior est quam primus modus de illis quatuor, qui non remanent cum homine. Nam de illo, qui remanet prope hominem, sive alte sive ime volet, aliquam utilitatem consequitur falconarius. Sed de illo, qui non remanet cum homine, sive alte volet sive ime, nullam utilitatem consequitur falconarius.

DE MODO FALCONIS QUI VADIT AD SEDENDUM

Illi autem falconi, qui statim, quod emissus est ad circumvolandum et non circumvolat, sed vadit ad sedendum prope falconarium - modus cuius falconis est minus bonus aliis remanentibus cum homine - nichil aliud est faciendum, nisi quod circumvolet desuper falconarium, quod, sicut dictum est, fiet in faciendo ipsum circumvolare, sicut diximus. Et cum ipse per se vadat ad sedendum prope hominem propter domesticitatem, quam habet in homine, et amorem, quem habet in loyrum, quod iam versum est ei in habitum, et quandam namque consuetudinem frequenter loyrandi et proiciendi loyrum et pasci super loyrum, cause ille supradicte, facientes elongare falconem ab¹ 132^a b homine, non facile fiant ipsum elongari ab homine, quod, si fecerint, cito redibit ad hominem. In illo vero falcone, qui alte circumvolat, elongando se ab homine, cause ipse, quamvis artificialiter possint detineri ad remanendum cum homine, tamen, quia elongari ab homine est sibi naturale, facile facient ipsum elongari ab homine, et cum fecerint ipsum elongari, difficilius redibunt ad hominem, quod non redire ad hominem est contrarium intentioni. Patet igitur ex hoc et predictis, quod hic modus falconum minus bonus de illis, qui remanent cum homine, est melior primo modo, minus malus aliis, qui elongatur ab homine. Alii igitur tres de primo modo, cum sint meliores quarto sui modi, multo meliores sunt aliis tribus de secundo modo, cum ipsi tres peiores sint sui modi. Omnes igitur illi, qui remanent cum ho-

mine, quascumque operationes faciant, meliores sunt illis, qui non remanent cum homine, quascumque operationes ipsi faciant, et hoc est, quod ostendere volebamus.

Dicendum est De tempore et loco et hora diei

5 **D**iximus de circumvolatione falconum, que melior erat inter loyrationem et venationem, que fit cum eis, et de modis circumvolandi, et quis esset melior inter eos, qualiterque ceteri reducuntur ad meliorem modum. Restat nunc dicere de venatione, que fit cum eis, postquam sic docti sunt. Verum quoniam venatio, quam faciunt homines cum 10 falconibus, requirit convenientia tempora et convenientia loca, in quibus possint fieri, dicendum est prius de tempore et loco. Circa tempus autem attendendum est tempus anni, qualitas temporis et hore diei. Tempus etiam anni attendendum est simul cum regione. Estate siquidem in calidis regionibus minus conveniens est facere volare falconem ad riveram, quoniam falcones eiciunt pennas tempestivius causa mutandi et calorem temporis male possunt sustinere, et aves aquatice in talibus regionibus minus inveniuntur tunc. Inde est, quod, quanto plus a principio sexti climatis itur versus finem tertium, tanto minus 15 133 a erit conveniens propter intensionem causarum predictarum,¹ sed tempore hiemis magis est conveniens in talibus regionibus. Econtra vero accidit in frigidis regionibus, nam tempore hiemis nives multe sunt super faciem terre, quas horret falco, et aque, que convenienter huic venationi, congelantur. Unde non sunt tunc in illis aquis convenientibus aves, sed retrahunt se ad maiores aquas et paludes de aquis surgentibus 20 25 ibidem, que non de facilicongelantur. Falco enim in tali tempore piger efficitur et non potest sustinere frigoris intensionem, et inde, quando plus itur a principio sexti climatis versus finem septimi et ultra, tanto minus est conveniens propter intensionem predictarum causarum. Sed tempore estatis magis est conveniens in talibus regionibus frigidis. Vere 30 autem et autumpno possunt falcones volare in calidis regionibus et frigidis propter temperantiam temporis. De qualitatibus autem temporis convenientibus ad hoc aut non convenientibus et de horis diei teneatur id idem, quod tenebatur in faciendo circumvolare falconem.

DE MODIS LOCORUM IN QUIBUS CONSUEVERUNT HOMINES VENARI

Loca, in quibus consueverunt venari homines ad riveram, sunt plurimum modorum. Sunt namque aque parve stantes, que dicuntur piscine vel lacune et ab aliis appellantur plactere, et alie sunt aque currentes, que dicuntur rivera, et de his et de aliis plures sunt modi. Verum quoniam non omnes modi horum locorum convenient falconibus, maxime noviter incipientibus, [oportet] nos dicere, qui modi locorum quibus falconibus convenient, nec etiam omnibus falconibus noviter incipientibus convenient eadem loca. Cum ipsi falcones incipientes diversum modum circumvolandi habeant, ut prediximus, oportet nos dicere de loco convenienti falconi, apostando locum suo modo falconis. De predictis autem locis sunt qui dicunt placteras magis convenire falconibus incipientibus, et sunt qui dicunt riveras magis convenire, sed quoniam nimis generaliter loquuntur, non approbamus eorum dicta, quemadmodum, si quis diceret unum modum diete omnibus convenientire vel omnibus disconvenire, non esset approbadum, cum potius distinguenda sit et distribuenda dieta secundum qualitatem convenientib[us] recipiētis, similiter specialius dividendum est, ut dicamus placteram non omnibus convenientire nec riveram, sed quibusdam placteram et quibusdam non, et quibusdam riveram et quibusdam non, et quibusdam minorem et quibusdam maiorem, ut enim prediximus: non omnes falcones habent unum modum operandi, nec omnes illi, qui habent minus bonum aut qui habent malum, possunt reduci ex toto ad meliorem modorum. Propter hoc non cuique illorum modorum convenienter plactere nec similiter rivere.

De diversitate modorum in volando ad riveram

Quia etiam modus, quem habent falcones in volando ad riveram, multiplex est quemadmodum modi circumvolandi, oportet nos dicere diversos modos ipsorum in volando ad riveram, ut deinde apostemus loca, secundum quod convenient cuique.

DE DIVERSITATE MODORUM

Modi, quos falcones habent, sunt plures. Alii namque diligunt anates et non timent aquas. Alii diligunt anates et timent aquas. Alii non diligunt anates nec timent aquam. Alii non diligunt anates et timent aquam. Illi, qui diligunt anates et non timent aquam, sunt plures peregrinorum. Cum enim nati sint in regionibus frigidis, in quibus abundant aque, non timent aquam, et cum illic abundant aves aquatice, utuntur pasci eis, propter quod diligunt eas. Illi vero, qui diligunt anates et timent aquam, sunt aliqui de peregrinis, qui, pro eo quod non sunt nati prope mare vel grandes aquas, timent aquam, quia non assueverunt grandem, et pro eo quod eisdem regionibus paucet inveniuntur alie aves quam aquatice, pascuntur eis, propter quod diligunt eas. Illi, qui non diligunt aves et non timent aquam, si sunt de gentilibus, sunt illi, qui nati fuerunt in calidis regionibus prope mare et grandes aquas, et in eis non abundant huiusmodi aves in estate nec pascebantur eis. Cum enim nati sunt prope mare, non timent aquam, et cum non pascantur anatibus, non diligunt eas. Si vero sunt de peregrinis, faciunt hoc, quia fuerunt detenti et mansueti per longum tempus, priusquam docerentur venari, et quia per longum tempus loyrabantur, priusquam iactarentur ad aves.¹ Et hec duo possunt esse communes, quare non diligunt aves. Quia enim diutius mansuefiebant et diutius loyrabantur et multum tempus erat, quod non ceperant aves, et amoris, quem habebant ad loyrum, ex assuetudine magis erant memores, quamvis aves surgant sub eis, quando in principio iactantur ad circumvolandum, ut leventur eis aves, non diligunt eas, quare non descendunt ad eas nec sequuntur eas, sperando magis, quod iactetur sibi loyrum. Illi vero, qui non diligunt aves et timent aquas, sunt de illis falconibus gentilibus, qui nati sunt in montanis, longe a mari vel aquis grandibus, et in quibus non sunt aves aquatice, quibus assueverunt pasci. Qui ideo, quod nati fuerunt in montanis locis, remotis ab aquis, aquas timent et anates non diligunt, quia non usi sunt pasci eis. In omnibus autem istorum quatuor modorum sunt, qui habent ea, que diximus, magis, et sunt, qui habent minus.

DE LOCO EXPEDITO INVENIENDO

Modi, quos consueverunt habere falcones incipientes volare ad rive-
ram, dicti sunt, quatenus, viso modo, quem habebit falco, invenia-
tur sibi locus conveniens et fiat operatio, secundum quod conveniet
modo ipsius, removendo ab ipso, si quid facit, quod non debet, et re-
ducendo semper ipsum ad meliorem modorum. Postquam itaque falco
doctus erit circumvolare, quemadmodum sufficit, et falconarius iam
debet iactare ipsum ad capiendum aves, consideret tempus et locum.
De tempore iam dictum est, locum autem debet invenire expeditum, in
quo sint anates et ubi sint minores aque, sive sint lacune, id est plac-
tere, sive rivere. Nondum enim dicere possumus, sive placteria sive
riviera melior sit, quo usque sciamus, quem modum habebit in volando
ad aves. Et locus talis debet esse remotus ab impedimentis iam dictis
in capitulo circumvolandi, que impedimenta cavenda erant in circum-
volando. Cum hiis etiam attendendum est, si ventus est vel non. Si
non erit ventus, falconarius, qui portat falconem, approximet loco,
ubi sunt anates, cum uno socio, qui debet iuvare ipsum, duo enim
sunt sufficientes ad placteram vel¹ riveram, alii sunt superflui. Et
caveat, ne per suam approximationem sive per vocem suam aut per
strepitum incessus equi aut per aliquid aliud anates levantur, prius-
quam levari debeant. Que autem falconarius faciebat falconi, prius-
quam iactaret ipsum ad circumvolandum, de remotione capelli et aliis,
et illa, que falco debet facere, priusquam iactatus sit, et modus iacta-
tus, attendenda sunt hic omnino, quemadmodum quando iactabatur
ad circumvolandum. In iactando tamen caveat, ne anates videant fal-
conem, dum iactatur, possent proinde levari et affugere, et quod falco
non videat eas, antequam iactetur, cui, si viderit eas, accidere posset,
quod non ascenderet in circumvolando, sed iret statim versus illas,
unde, videntes falconem venientem, propter timorem affugerent.

De signis, que facit falco, priusquam iactatus sit,
propter aves, quas timet

Signa, que facit falco, priusquam iactatus sit propter aves, quas ti-
met, videndo eas circumvolantes alte vel transeuntes a longe, sunt

hec. Distringit se et alas suas ad corpus et constringit pennas caude et omnes alias pennas et plumas et deprimit se super manum, credens propter hoc, quod aquila sit causa, involans vel transiens minus possit eum videre. Commovet etiam caudam et aspicit firmius quandoque uno oculo, quandoque alio. Quod si falco videt eam circumvolantem ime prope se vel transeuntem prope se, clamat et diverberat se et dimittit se cadere de manu, volens fugere. Sed citius diverberat se et magis conatur fugere, quando videt falco eam venientem post se. Quod si falco viderit eam sedentem in terram, distringit pennas suas et extendit se, volendo discernere eam et ire ad percutiendum ipsam, timens, ne illa, videndo eum, invadat eum detentum supra manum. Et propter hoc ipse vult prius ire ad eam, ut inveniat eam sedentem et exsuperet eam et feriat, ne aquila possit ipsum exsuperare.

DE EISDEM SIGNIS

15 Quando falconarius videbit, quod falco solus aspiciat sursum et faciat signa¹ – quedam sunt, per que cognoscitur, quod falco timeat – statim falconarius debet aspicere versus partem illam, ad quam aspicit falco, ut certificetur, que sint aves, ad quas falco respicit. Quod si fuerit de avibus, de quibus timet, non iactet sibi ipsum, nam si vultures sunt et huiusmodi, de quibus timeat solum videndo eas, ex timore, quem habet falco, si iactaretur, possit accidere malum inde, ut dictum est supra. Et si cavendum est iactare ipsum, quando volant alte, multo magis cavendum est, quando volant ime prope falconem.

De eisdem. Si vero sunt aquile, pro eo quod timet eas videndo et ipsum possent ledere, iactandus non est, quia est periculosum propter timorem, quem habet videndo eas, et quia possunt insequi et ledere ipsum. Et si cavendum est, quando volant alte, iactare ipsum, multo magis est cavendum, quando volant ime et prope falconem, quia magis timeret et maius damnum possit ei inde accidere. Si autem falco videns aquilam, pro eo quod parum timidus est, pauca signa faciet de signis predictis, non tamen est iactandus, quia, postquam esset iactatus, aquila posset venire ad ipsum propter ea, que dicta sunt. Et si per hoc non veniret ad ipsum, quando falco insequeretur vel caperet aliquam avem, vix posset se continere aquila, quin descenderet ad

auferendum sibi predam, de quo posset accidere, quod lederet falconem, et quamvis falco non ledetur, accideret timor falconi tantus, quod fugeret et amitti posset.

De eisdem. Et quando falco aspiciet vulturem sedentem, faciet falconarius fugari vulturem tam longe, quod falco non timeat videndo ipsum. Si est aquila, multo longius faciat eam fugari, eo quod ad falconem, licet timeat de vulture, vultur non veniet sicut aquila, sed aquila veniret ad ipsum propter supradictas causas. Tam longe ergo fugeret, quod nec falco videndo eam timeat, nec aquila videndo falconem veniat ad eum. 10

DE INTENTIONE FALCONARII

Falco iactatus ad anates et iam circumvolans supra falconarium, aut remanebit supra ipsum, quousque levantur sibi anates, aut recedet, priusquam levantur sibi anates. Si remanebit, levabuntur sibi anates eo modo, qui dicetur infra. In hoc autem debet esse intentio falconarii, quod falconem retineat supra se et alte circumvolantem, quantum plus potest, quousque levet sibi anates, quotiens erit necesse, nam per hec duo falco erit magis aptus descendere ad anates et capere aliquam de eis. Si vero falco non remanebit, sed recedet desupra falconarium, priusquam levantur sibi anates, falconarius studeat reducere et retrahere ipsum ad hoc, quod sit supra se. Nisi enim falco superesset anatibus circumvolando, ut debet, non posset sibi levare anates convenienter, nec haberetur propositum. 134 b 15

De causis quare recessit. De modis recessus, qui sunt deteriores aliis

Ad hoc autem, ut ipsum retrahere possit, convenit scire, quibus causis recedet, quales modi sunt recessus, qui modorum sunt deteriores aliis et quare, per que signa cognoscet falconarius, qua de causa recedit falco, quamvis illam falconarius non videat, quod est opus facere falconi in unoquoque modo recessus, ut educatur. Cause vero, propter quas recedit, sunt plures. Nam aut recedit propter homi- 25 30

nem, quem videt in campis equitantem vel peditem, sive fuerit de illis,
quos duxit secum falconarius, sive de aliis quibuscumque, aut propter
aves, quas incidenter visas insequitur et intendit capere, aut solum
non vadit ad sedendum, maxime cum novicius sit, in locum, quem
5 videndo aptum sessioni nesciat, quare debeat perseverare in circum=
volando supra falconarium. Rursus recedit propter aves facientes sibi
tedium et non capientes ipsum, aut propter aves nullum tedium facien=
tes sibi, sed quoniam solum videndo eas timet, aut propter aves con=
suetas capere falcones. De omnibus avibus impedientibus falconem
10 subdentur exempla inferius, et dicetur de eis plenius suo loco.

DE MODO RECESSUS

Modi autem recessus falconis desupra falconarium duo sunt, nam
aut recedet spontaneus et libens, sicut in tribus ceteris primis, aut in=
134^a vitus ut tribus postremis.¹ Spontaneum vero dicimus recedere, quando
15 neque timore neque tedio, quod faciant sibi aves, recedit, invitum vero
econtrario. Tres itaque modi subsunt ei, qui spontaneus recedit, se=
cundum tres causas dictas, et tres alii subsunt ei modo, quando rece=
dit invitus, secundum scilicet alias tres causas.

DE MORIBUS

20 Morum quidam sunt deteriores aliis, de quibus, qui sunt et quare,
nunc dicatur. Quando falco recedit desuper falconarium, ut vadat ad
aliquem hominem, quem videt in campis, cum non vadat ad ipsum,
nisi spe habendi loyrum ab ipso homine, maxime si novicius est falco,
aut ut levetur sibi aliqua avis per eum, si iam assuetus est capere vo=
25 lucres, nec vadat ad rem, que fugiat ante ipsum - non vadit velociter,
sed lente, non vadit longe neque fatigatur eundo - falconarius poterit
sequi ipsum bene nec perdet ipsum visu. Falco etiam, postquam per=
venerit ad illum hominem, circumvolabit super eum, sperans et cre=
dens, quod debeat sibi iactare loyrum, precipue si homo ille pedes
30 est - primo enim loyratus fuit falco a pedite - aut sperans et credens,
quod debeat sibi levare avem, maxime si est eques. Circumvolans autem
supra eum, quando ille neque vociferabit ad falconem neque ducet
manum cum ciroteca neque iactabit loyrum neque aliquid aliud siet,
propter quod staret supra eum, videbit se deceptum [et] non stabit, sed

redibit libenter ad falconarium, qui sequitur eum vociferans et ci-
rotecam ducens. Et falco propter distantiam, que parva erit in redeundo
ad falconarium, cito redibit et libenter et non fatigatus. Unde, quando
redibit, falconarius uti poterit congrue in venatione ad riveram, le-
vando sibi anates. Ad huiusmodi etiam redditum iuvare poterit homo,
supra quem circumvolabat, si aliquid sciat de falconeria, currendo
scilicet et equitando versus illum, qui sequitur falconem. In quo solum
eques iuvare poterit, pedes namque inutilis esset in hoc, cum non
posset tam velociter ire versus illum, qui sequitur falconem.

De eodem. Quando autem recedit desupra falconarium, solummodo ¹⁰
ut vadat ad sedendum, maius malum est hoc, si faciat hoc propter
simplicitatem' vel propter desiderium, quem habet eundi ad sedendum ^{134^ab}
loco apto, quem videt, vel propter timorem, quem habet de aquilis vel
aliis avibus, quas timet. In quo nichil mali notari potest, nisi quod
cognoscitur esse timidus ad aves illas, unde in hiis minus malum est,
quam si sequeretur aves in longum. Sed quando vadit ad sedendum,
ut in usum colligat ire ad sedendum, aut quia debilis macie est vel egri-
tudine, aut quia male tractatus est, peius est, quam si sequeretur aves
in longum. Nam quando sequitur aves ex longo, facit hoc ex audacia,
fortitudine et sanitate, ire vero ad sedendum facit per horum contraria. ¹⁵ ²⁰

DE MÄIORI MÄLO

Sed quando recedit desuper falconarium propter aves, facientes sibi
tedium et non solitas capere ipsum, maius malum est, presertim si
falco timorosus aut novicius est, huiusmodi namque falcones facile
impediuntur ab avibus impedientibus. Novicius, qui nescit, quare ²⁵
debeat circumvolare super hominem, pro modico impedimento recedit
ab homine, novicius enim nescit, quid facere debeat propter novitatem,
timorosus propter timorem. De avibus namque huiusmodi sunt que-
dam, que tantum tedium faciunt falconi et tantum impediunt ipsum
quandoque, quod recedit vadens ad sedendum, vel quocumque aliter ³⁰
elongatur a falconario tam longe, [quod] vix reduci poterit, et quanto
longius recedit, tanto deterius. Et si redibit per ea, que sibi faciet fal-
conarius, vix tunc venabitur propter tedium, quod sibi fecerunt ipse
aves, et non solum accidit, quod non venetur tunc, sed, si non diligit

lorum, perdi poterit. Si namque non diligit lorum et hora, qua impeditur ab avibus, est circa medium diem, et dies calidus est, per tedium, quod faciunt ei aves, exaureat et de facile perditur.

DE MAIORI MÄLO

- 5 Quando vero recedit desupra falconarium propter aves, quas incidenter visas persequitur et intendit capere, etiam maius malum est predictis. Et hoc erit differenter, secundum quod avis, quam persequitur, alterius speciei et alterius maneriei volatus erit una quam alia, ut dicitur infra. Avem enim magis avida sequitur spe, quam habet capiendi
135 a ipsam, et quando avis¹ fugit ante ipsum, quantum potest, ut evadat ab eo, si est avis longi volatus et velocis et ipse longe sequitur eam, ipse falco velociter vadit et fugat et longe recedit a falconario. Ideo falconarius male potest ipsum sequi et cito potest ipsum perdere visu, et cum cupiat et speret semper capere avem, non libenter redibit ad fal-
15 conarium, dum eam sequitur, neque cito, cum fatigaverit se. Et cum longe abvolaverit, distantia siquidem, quam habet redire, si magis est, et multa inconvenientia accidere poterunt in suo tardo reditu, sicut est: levari anates et aufugiunt, aquilas intervenire aut alias aves imponentes ipsum aut alias aves, quas insequetur et huiusmodi. Et forte
20 capiet avem, quam fugat, et forte pascet se de ipsa, et sic non redibit et perdi poterit, non enim redit, nisi spe pascendi se, cum esuriens sit. Si vero contingat, quod non capiet avem, sed per ea, que faciet falconarius, redibit, ipse redibit multo fatigatus ex labore, quem sustinuit in fugando avem, et ex longo volatu, quem fecit in eundo post avem et
25 redeundo ad falconarium. Ideo tunc vix erit utilis ad venationem, quare peior est hic modus predictis.

De eodem. Et quando recedit falco desupra falconarium propter aves, que nullum tedium sibi faciunt, sed quoniam solum videndo eas timet, sicut sunt vultures, ossifragi et huiusmodi, quamvis non fugetur ab
30 eis, sed libenter exaureat ascendendo, ut supersit illis, de quibus timet, et quamvis falconarius non habeat longe currere post falconem, sed possit cito subesse ei, cum ascendat exaureando, circumvolans sursum, et non elongetur multum a falconario nec falconarius possit eum cito perdere visu, in hoc tamen multum malum est, quod propter

timorem, quem habuit de ipsis avibus, vix potest recuperari etiam per loyrum sive per quodlibet aliud, et sepe accidit, quod perditur, pre=serum si est timorosus. Ideo modus hic satis malus est et propter timorem, qui incussus falconi, peior prioribus.

De eodem. Quando etiam recedit desupra falconarium propter aves consuetas capere fal'cones, si sunt aquilarum genera, pessimum est omnium. Hee enim fugant ipsum, ut capiant et comedant. Ipse timet, velocissime fugit, elongando se ab avibus illis, quantumcumque potest, ut evadat, et ideo falconarius male potest ipsum sequi. Cito perdit ipsum visu et facile perdi potest. Et esto, quod non perdat ipsum visu et quod aquila dimittat ipsum et quod falco sequatur ipsum et videat, postquam dimissus est ab aquila, tamen non libenter redibit ad locum, in quo iactatus fuit, quia in ipso loco timorem habuit et ab eo fuit fugatus ab aquila. Sed sepe accidit, quod exaureabit, ut superet aquilam vel abscondat se, et vix poterit recuperari sive per loyrum sive per quodlibet aliud propter timorem. Secundum autem quod magis vel minus timorosus erit falco, plus aut minus faciet de predictis.

De signis, per que cognoscitur falconem recedere

Signa, per que potest cognoscere falconarius, propter quam causam recedit falco, quamvis falconarius ipsam non videat, sunt hec. Si recedit vadens ad aliquem hominem, lente movet alas, et magis lente, quam si loyretur, et magis alte, quod facit, ut discernat hominem melius, et quod sperat de ipso.

De eisdem. Si recedit vadens ad sedendum, evidentia erunt signa, quia vadit imo et lente.

De eisdem. Si recedit propter alias aves impedientes ipsum, quas non multum timet, manifeste videbit hoc falconarius. Nam dum circumvolabit supra se, videbit aves impedientes ipsum, scilicet corvos, cornices et huiusmodi, quarum quedam verberant ipsum, quedam accipiunt ipsum per iactos, et hoc faciunt magis et minus.

De eisdem. Si vadit ad aliquam avem, cito movet alas, velociter volat intentus in avem. Quam avem, si est de illis, que sunt alti volatus, alte

insequitur, si vero de illis, que sunt imi volatus, imē insequitur. Veloꝝ autem eius volatus est magis et minus secundum velocitatem avis fugientis.

De eisdem. Si recedit propter aquilas existentes desuper propinquas sibi, quamvis fal'conarius non videat ipsas, talia signa facit. Dimovet caudam, excutit se, conatur fugere, divertit caput nunc ex uno latere, nunc ex alio de aquila, de qua timet, elongat se ab illa. Si vero propter aquilas aut vultures aut ossifragos aut alias aves huiusmodi circumvolantes desuper, ascendet circumvolando, quasi ascenderet ad exaureandum, et facit signa predicta timoris, et cum hiis etiam facit signa exaureandi. Signa autem predicta timoris facit falco magis et minus secundum maiorem vicinitatem aquile et aliarum avium, de quibus timet, et secundum quod ipse falco magis et minus erit timidus.

QUID DEBET FIERI UT FALCO REDUCATUR SUPRA FALCONARIUM

- Dicatur, quod fieri debet falconi, ut reducatur supra falconarium, propter quamcumque de causis recesserit, et primo de prima causa. Statim, quod falconarius cognoscet, quod falco vadit ad aliquem hominem, vociferet ad ipsum falconem et cirotecam deducat, ut retrahat ipsum.
- Et si per hoc non redierit ipse supra se, dimittat socium suum illic, si socium habuerit. Et ipse sequatur falconem revocans ipsum, ut ipse directe redeat supra se, per ipsius namque adventum ad falconarium falco redibit. Et si socium non habuerit, ipse nichilominus sequatur falconem, non tamen velociter - pro eo quod falco vadit lente, non expedit,
- quod falconarius currat post ipsum velociter - dummodo caveat, ne perdat ipsum visu. Accidit tamen sepe, quod falco, quia non vadit ad avem, et redit per vocem falconarii et per ductum cirotece. Unde, si falconarius velociter cucurisset, elongaret se tantum a socio et a loco, in quo sunt anates, quod, falcone redeunte, quando velocius rediret quam ipse eques, quod non inveniret se prope socium, quando deberet iuvare eum. Et si socius, qui remansit iuxta locum, ubi sunt anates, difterret levare anates, quousque alter rediret ad se, forsitan tederet falconem tamdiu expectare illic circumvolando, et possent aliqua intervenire, per que falco posset recedere. Propter hoc, si falco prius redit

quam falconarius, qui^l secutus est eum, et ipse iam circumvolat supra 135^b
illum, qui remansit prope locum, ubi sunt anates, et alter sit longin= quus a loco illo, ille, qui remansit illic, non debet diutius expectare de levandis anatibus, quousque scilicet veniat alter illuc, sed debet levare anates modo, quem dicemus, ut retineat falconem supra se ad minus. 5
Et si locus tam aptus est, ut solus possit facere, quod falco accipiat aliquam de anatibus, faciat. Quod si locus non est aptus, quod pos= sit in eo solus hoc facere, nichilominus levet sibi anates, ut docebi= mus. Falco enim viso, quod illic sunt anates, causam habebit non re= cedendi, sed desuper circumvolandi, quousque alter veniat. Si vero 10 non levaret sibi anates, falco non videns causam, propter quam diu sic remanere debeat, aut tedium circumvolandi aut aliqua ave, quam timeret intervenire, aut aliqua ave, quam capere vellet, aut ave impedi= ente ipsum aut aliis multis causis intervenientibus recederet.

QUID DEBET FALCONARIUS FACERE SI EST SOLUS 15

Si vero falconarius, qui secutus est falconem velociter et reducit ipsum, est solus, si falco redit ad locum, in quo sunt anates, prius quam ipse falconarius, tunc falconarius aut vociferabit ad ipsum falconem, cum falco non recedat desupra locum, ubi sunt anates, aut non voci= ferabit. Si vociferabit, accidere poterit per illam suam vociferationem, 20 quod falco recedens ab illo loco, ubi sunt anates, redibit ad ipsum, et oportebit falconarium iterum reducere falconem ad illum locum, prop= ter quod tedebit falconem totiens ire et redire, propter quem laborem falco, licet rediret alte, declinaret tunc a sua altitudine et esset minus utilis ad venandum. Quod si non vociferabit, falco non habens cau= 25 sam, qua retineatur illic circumvolans, aut propter tedium, quod ha= bebit de circumvolatu, aut propter aliam causam quamcumque inci= dentem, recedere poterit. Propter hoc necessarium est, esse duos so= cios in hac^l venatione. Et si accidat, quod solus sit, qui sequitur fal= 136 a conem, non velociter sequatur ipsum in hoc casu, nisi timeret per= dere ipsum visu. Et quanto velocius poterit, sequatur falconem red= euntem ad locum, ubi sunt anates, ne falco multo prius sit illic quam ipse, et vociferando non multum, sed solum, ut retineat ipsum illic, quousque tantum accedat, quod possit levare sibi anates et cetera fa=

cere, que convenit fieri. Si tamen videat, quod vellet recedere, vociferet tantum, quod sit sufficiens ad faciendum desistere ipsum a voluntate recedendi.

DE HOMINE AD QUEM VADIT FALCO

- 5 Homo etiam ille, ad quem vadit falco, si novit aliquid de falconeria, statim, quod videbit falconem circumvolantem supra se et falconarium, qui sequitur falconem, debet ire versus illum, qui venit, ut et ipsum sequatur falco versus falconarium - hoc melius facere poterit eques quam pedes - et postquam recurserit ipsum versus falconarium et vi-
10 debit, quod falco sit super falconarium, ipse non amplius vadat.

DE FALCONE NON REDEUNTE RECTE

Si vero acciderit, quod falco rediens non redeat directe ad falconarium, sed collateraliter ei, aut quia non audivit aut non vidit ipsum falconarium, si solus redeat, non sequendo aliquam avem, falconarius di-
15 vertat ante falconem, et vociferando et cirotecam ducendo reducat ipsum ad locum, in quo sunt anates. Si vero reddit in directum supra locum, ubi sunt anates, in sequendo avem, priusquam transeat, ubi sunt anates, debet falconarius, qui erit iuxta locum, ubi sunt anates, vociferare et levare sibi, quod per vociferationem attentus sit respi-
20 cere sub se, et si respiciendo videat anates et vidento anates dimittat avem, quam insequitur. Sed si sequendo aliquam avem redeat colla-
teraliter, vociferet cirotecam ducendo, si avis illa est de avibus, que
ascendunt circumvolando. Quod si est de illis, que in directum velo-
citer volant, si avidus sit de ave aut propter quidquid aliud sit, unde
25 timeatur perdi, si [per] vociferationem et per ductum cirotece non
136 b dimittit avem illam aut non dimittat viam, quam facit,¹ non permittat eum transire, sed antequam transeat, recolligatur cum loyro. Melius enim est ipsum recolligere et iactare iterum illic ad anates, si falco vo-
luerit, quam exponere ipsum periculo perditionis.

DE RETINENDO FALCONE NE VADAT SESSUM

Si recedit vadens ad sedendum falco, antequam iverit ad sedendum, si potest, per vociferationem et per motum cirotece retineat ipsum supra se, ne vadat ad sedendum. Quod si iverit ad sedendum, sive va-

dat propter locum aptum, vel quia non velit volare, vociferet ducendo cirotecam et moveat se de uno loco ad alium, ut propter hoc faciat ipsum surgere. Et si per hoc non surget, monstreret sibi loyrum et per loyrum facit ipsum surgere, et postquam surrexerit, vociferando et cirotecam ducendo reducat ipsum ad locum, ubi sunt anates.

5

QUID DEBET SCIRE FALCONARIUS DE FALCONE RECEDENTE

Videns vero falconarius, quod falco recedit vadens ad aliquam avem, debet scire, cuius generis avium sit illa. Alter namque falconarius debet sequi falconem et alia facere, quando sequitur avem unius generis, et aliter, quando sequitur avem alterius generis, et debet scire, propter cuiusmodi avem facilius perdi potest falco. Cum igitur diversa genera avium sint diversorum modorum volatus, ut in prioribus dictum est, quod namque sunt alti volatus, quod imi, quod longi, quedam brevis, quedam velocis, quedam tardi, et rursum scilicet illarum, que sunt alti volatus, cum quedam descendant in altum circumvolando, quedam non circumvolando, sed in longum magis ac magis exaltant, et omnes isti modi sunt, qui faciunt magis ac magis, et sunt, que faciunt minus. Si falco insequatur quamcumque avem, que ascendet circumvolando, si sunt huani, albani et alie, que faciunt similiter, minus malum est, vix enim invenitur aliqua avis, que ascendat altum circumvolando, quod sit lenti volatus per longum. Et [cum] hec ascendat circumvolando, falco cito pervenit ad ipsam, et dum falco ascendet cum ipsa ave, cito pervenit sub falcone, et cum ascendat sursum in aera, falconarius vix perdet ipsum visu. Et cum falco per talem avem addiscat ascendere altius circumvolando, quam per se ascendisset, non solum non est malum, sed aliquando iuvat. Falconarius namque reducens ipsum, reducit ipsum altius supra anates, quod satis conveniens¹ est proposito. Cum itaque falconarius videbit, quod falco recedat desupra se, vadens ad avem dicti volatus, nil opus est ei currere velociter, ne per cursum suum pertranseat falconem, et accidet et ex hoc idem, quod dictum fuit in primo modo. Sed si falco est novicius et iuvenis, qui non per se velit ascendere, non statim debet falconarius revocare ipsum, sed permittere ipsum ascen-

10

15

20

25

136^a

30

dere cum illa ave, per illam namque addiscat ascendere, et in reducendo
reducet ipsum altius supra anates. Cavere tamen debet falconarius, ne
tantum differat reducere ipsum, ut avem dimittat et [in] aliquam partem
inconvenientem divertat.

5 DE FALCONE SEQUENTE AVEM ALTI VOLATUS

Si vero insequatur avem, que est alti volatus, non ascendentem circum=volando sursum, sed per longum magis ac magis se elevando, cum de huiusmodi avibus plures inveniantur velocis volatus – non enim ponent se ad volandum per longum ante falconem, nisi considerent se
10 esse velocis volatus, sicut [dictum] est – et ideo, cum falco velociter eam insequatur et elonget se multum a loco, in quo iactatus fuit, et ex hoc falconarius facile possit ipsum perdere visu et peius ipsum reducere propter magnam loci distantiam, per quam in eundo et redeundo defatigatur, et reductus fatigatus minus est utilis ad venationem, fal=conarius non differat currere post falconem, sed currat velociter et omnia faciat, que facienda sunt ad retrahendum falconem, ne, si tardet ea facere, que diximus, possent accidere inconvenientia predicta.

DE IMO VOLATU

Si vero insequatur avem imi volatus et longi et velocis, satis malum
20 est, quoniam falco velocius elongat se propter avem, que velociter fugit, sicut sunt anates, pluerii et plures avium aquaticarum. Et falconarius postea potest ipsum sequi, et pro eo quod volat imo et prope terram, non potest visu discerni propter vicinitatem terre, ideo facile potest perdi visu. Et reducere ipsum difficile est, cum fatiget se multum
25 ex longo et veloci volatu, et elongaret etiam multum a falconario et distantia loci est magna, et quia imo recessit, accidere possit, quod imo rediret, quapropter in hoc modo nichil boni videtur¹ adesse. Ideo statim, quod falconarius videbit falconem sequi avem predicti modi volatus, non debet differre, sed velociter currere post falconem et retrahere ipsum.

30 DE IMO ET BREVI VOLATU

Si autem falco insequatur avem imi volatus et brevis, sicut sunt fa=siani, perdices, quamvis sit huiusmodi avis velocis volatus, in hoc

est malum, quia imo volat, unde falconarius non potest bene videre falconem sequentem ipsam propter vicinitatem terre.

De eodem. Et in hoc, quod, quando hec avis fugiens et deiciens se ad terram, falco, credendo ipsam capere, deicit se in terram prope eam, ex quo accidit, quod falconarius per signa, per que debet invenire falconem, non potest ipsum invenire. Et si loyrat falconem, falco stans in terra non potest videre loyrum, cum stet in imo, nisi transeat in loy= rando incidenter prope falconem.⁵

De eodem. Et in hoc malum est, quod assuescit deicere se in terram, ita quod, quando sequitur anatem et illa descendit in aquam, ut accidit, assuescit insidere supra ripam, sicut sepe accidit, quod in sequendo avem curti volatus deicerit se in terram.¹⁰

De eodem. Et in hoc malum est, quod, si herba madida est pluvia vel rore, madefiunt penne falconis in tantum, quod, quamvis se levet, non poterit volare, quousque penne exsiccate fuerint.¹⁵

QUID DEBET FACERE FALCONARIUS VIDENDO HOC

Statim quod videbit hoc falconarius, sequi debet ipsum velociter, vociferando et reliqua faciendo sic, quod, quamvis illa deiciat se in terram, falco, audiens vocem falconarii et videns ea fieri, que conuenit ad revocandum, non insideat, sed revertatur. Si vero contin= gat, quod insideat falco, falconarius non statim recolligat eum cum loyro, sed vociferet ducendo cirotecam, ut faciat eum surgere, et ipso surgente permittat ipsum ascendere ad metam sui circumvolatus. Et si fuerit distantia brevis usque ad locum, ubi iactus fuit, reducat fal= conem illic, et deinde levet sibi anates. Quod si fuerint penne made= facte, et inde proiciat sibi loyrum et recolligat ipsum. Quod si per vociferationem non exurget ad motum loyri, monstrret sibi loyrum et faciat ipsum exurgere, deinde abscondat loyrum et faciat,¹ sicut ²⁵ dictum est.^{137a}

DE FALCONE RECEDENTE DESUPRA FALCONARIUM

Quando falco recedit desupra falconarium propter aves impedientes ipsum, attendenda est diversitas avium impedientium, et qualiter im= pediant, et propter quam causam, et que signa facit falco ad ista im=

pedimenta, postquam iactatus est, et quomodo cognoscitur falco magis timidus ad hec impedimenta, et quid debeat fieri falconi impedito ab avibus secundum unumquodque impedimentorum.

De modis avium impedientium

5 **A**ves impedientes multis modis sunt. Nam quedam sunt rapaces, quedam non, et rapacium quedam maiores, quedam minores, et de Aves impedientes multis modis sunt. Nam quedam sunt rapaces, quedam non, et rapacium quedam maiores, quedam minores, et de non rapacibus similiter est. Verumtamen harum omnium avium triplex est modus. De quibusdam namque timet falco solum videndo eas, sicut a vulturibus et ossafrangentibus et aquilis. De quibusdam habet tedium et non timet eas videndo, sed ex tedio, quod sibi faciunt, sicut sunt cornices, cornicum modi, modi falconum silvestrium et minores de genere rapacium. De quibusdam timet videndo eas et propter tedium, 10 quod sibi faciunt, sicut sunt milvi, milvorum modi, busardi, albani et corvi.

DE TIMORE VULTURUM ET OSSAFRANGENTIUM

Timore autem vulturum et illorum, qui dicuntur ossafrangentes, et de similibus, que non rapiunt, sed solum de carnibus cadaverum vivunt, 20 sive alte volent sive ime de prope falconem, impeditur falco et cogitatur recedere desupra falconarium, quamvis huiusmodi aves non intendant ipsum capere, cum non vivant de rapina, nec aliquid aliud tedium facere sibi. Causa vero, propter quam impeditur falco ab ipsis et cogitur timere et fugere solum videndo eas, est, quia magne sunt et similes aquilis, de quibus naturaliter timet.

DE AQUILIS ET MODIS AQUILARUM

Ab aquilis et modis aquilarum omnibus impeditur falco et cogitur recedere desupra falconarium, quando solum videt eas, et magis multo, quando ipse aquile insequuntur eum et invadunt, quia rapere intendunt et quandoque rapiunt tamquam predam. Merito igitur timet de eis, aliquando solum videndo eas, quadam virtute estimata immidente ipsum ad timendum et fugiendum huiusmodi aves, tamquam cognoscentem eas inimicas sibi.

DE TIMORE MILVORUM ET ALIIS

Timore autem milvorum et similiter milvis, busardis, albanis et huiusmodi impeditur falco timens videndo eas, quia sunt similes aquilis in forma membrorum et modo volatus, quamvis sint minores aquilis, et quia tedium faciunt sibi, quando propter iactos, quos vident in pedibus falconis et quos credunt esse predam, persequuntur et invadunt ipsum et feriunt, distrahentes ipsum per iactos, non intendentes ipsum capere neque capientes. Et multo magis impediunt et faciunt sibi tedium, si falco ceperit predam, eo quod consueverunt se pascere de preda alterius, sed maior est timor, quem concipit falco timidus in solum videndo huiusmodi aves, quam sit tedium, quod faciunt sibi.

DE LAYNERIIS ET MODIS FALCONUM SILVESTRUM

A layneriis et modis falconum silvestrium et a minoribus de genere rapacium similiter impeditur falco. Nam propter iactos, quos credunt esse predam, ut dictum est, sed magis in loco, circa quem venari consueverunt, eo quod nolunt alias aves venari in illo loco, in quo ipse venari intendunt, sed multo magis tempore nidificationis, ut expellant ipsum de loco sue nidificationis, quem defendere intendunt, persequuntur ipsum et ferientes invadunt et per iactos distrahunt. Ideo falco, timendo eas et tedium sustinendo ab ipsis, fugit. Et inter hos modos falconum, qui erunt audacieores et maiores, magis inquietabunt et maius tedium sibi faciunt propter fortitudinem et audaciam, et multo magis impediunt et faciunt sibi tedium, si falco ceperit predam, eo quod consueverunt se pascere de preda alterius.

DE TIMORE CORVORUM

Timore corvorum, quamvis non sint rapaces, impeditur falco et magnum tedium suscipit. Persequuntur enim falconem clamando in eum, fugando ipsum et feriendo pedibus et rostro, et hoc faciunt propter naturale odium, quem habent in ipsum. Ideo falco timet valde eos et fugit ab eis, sunt enim fortes et tedium facientes ei.

DE TIMORE CORNICUM ET MODIS CORNICUM

A cornicibus et modis cornicum impeditur falco et cogitur recedere, non quia timeat de eis videndo eas aut priusquam tedium sibi faciant,¹ sed ex solo tedio, quod sibi faciunt in clamando in eum, persequendo ipsum et fugando eum, si timidus est, aut quia tedium recipit de ave simili corvo vel cornici, et feriendo quandoque ipsum, quod faciunt similiter propter odium naturale, quod habent in ipsum, et tempore sue nidificationis maxime hoc faciunt, ut defendant locum suum, quod est commune omnibus avibus impedientibus falconem.

DE FALCONIBUS TIMIDIS

Item falconum unus magis timet de supradictis avibus quam aliis, et accidit, quod falco magis timidus tantum timeat de avibus minus tedium et minorem timorem facientibus, quantum falco minus timidus de avibus maius tedium et maiorem timorem facientibus. Sunt et falcones aliqui, qui specialiter timent de aliqua ave propter odium, quod habent in eam, aliquando namque passi sunt ab ea. Signa autem, que facit falco, postquam iactatus est propter aves, quas timet, vidento eas circumvolantes alte vel transeuntes a longe, sunt hec. Videns falco aquilam circumvolantem alte vel transeuntem a longe, sepe excutit se, dimovet caudam et aperit eam et ascendit circumvolando, intendens exsuperare aquilam. Et si exsuperat eam, descendit percutiendo eam, ut impedit eam, quod non possit exsuperari ab ea, et ut fugare eam possit a loco illo.

DE FALCONE TIMENTE AQUILAM

Quod si viderit aquilam circumvolantem imē vel transeuntem de prope, si aquila fortior est eo et non vadat ad invadendum eum, faciet supradicta et circumvolando intendit exsuperare eam. Et si descendet ad invadendum ipsum, fugiet ad quemcumque locum, credens melius se salvati. Quod si aquila sit inferior falcone, falco adibit ad percutiendum eam, volendo impedire ipsam, non consentiendo, quod possit exsuperari ab ea.

De eodem. Quod si aquila sederit super terram vel in arbore, vadit similiter ad percutiendum et fugandum eam. Si igitur, iactato falcone,

aliqua de predictis avibus incesserit ad impediendum falconem, fal-
conarius, videns in falcone signa timidi falconis,¹ que diximus, non 137^b
debet expectare, quousque falco fugiat, sed statim revocet ipsum. Nam
si revocare differret, quousque falco incipiat fugere, accidere posset,
quod propter timorem, quem habuit, ad loyrum venire non vellet, [et] 5
non posset bene ipsum sequi et perderet eum visu, et sic posset amitti,
quia, postquam tedium habuisset ab illis avibus, propter quod ti-
meret, in vanum dimitteret eum volare ad anates, quia non perficeret.
Et si non recolligeretur statim, aves ipse maius tedium facerent fal-
coni, ex quo difficilius posset recolligi et posset amitti, propter quod 10
falconarius non debet expectare de recolligendo ipsum. Revocet ergo
ipsum et iactet sibi loyrum et recolligat ipsum. Sed si viderit falco-
narius quod propter tedium, quod faciunt ipse aves, falco non fa-
ciat signa timentis, non debet statim recolligere ipsum, sed debet 15
sibi levare anates citius, quam levaret ei, si non adessent aves faci-
entes sibi tedium. Hoc autem debet facere, ne falco fugiat, amore nam-
que anatum non recedet, et ille aves, que faciunt sibi tedium, videndo
falconarium levantem anates, currentem et vociferantem, recederent
citius.

DE REVOCANDO FALCONE TIMIDO

20

Si falconarius viderit, quod falco ex solo visu huiusmodi avium tan-
tum timeat, quod faciat signa, que facit falco, quando timet, sicut dic-
tum est, et fugere velit, non expectet, quod elonget se ab eo, sed statim
revocet ipsum et loyret ipsum, ut dictum est.

DE FALCONE NON TIMENTE

25

De layneriis autem et modis falconum, si videbit falconarius, quod
falco non multum impediatur neque multum tedium sustineat ab eis,
per que non cogatur dimittere attentionem, quam habet ad falcona-
rium, neque recedere, non recolligat ipsum, sed levet sibi anates, ut 30
predictum est. Si vero falco multum impediatur et multum tedium
sustineat, ita quod cogatur dimittere attentionem, quam habet ad fal-
conarium, et recederet, loyret et recolligat ipsum. Et de minoribus
rapacium considerentur similiter ista, que dicta sunt, et fiat, secundum
quod dictum est.

DE FALCONE TIMIDO PER CORVOS

Si vero, postquam iactatus fuerit falco, adveniant corvi et faciant tan-
138 a tum tedium falconi aut falco tantum timeat pro ipsis, quod¹ faciat
signa timidi falconis, que dicta sunt, statim recolligat ipsum. Et si
5 videat falconarius, quod falconi non faciat magnum tedium neque
timeat de ipsis, levet sibi anates et faciat, sicut dictum est.

DE FALCONE SUSTINENTE TEDIUM A CORNICIBUS

Quando aderunt cornices impedientes falconem, pro eo quod de eis
non timet falco neque magnum tedium faciunt nec insequuntur ip-
sum longe, quod perdi possit, non dimittat falconarius, quin levet
10 sibi anates. Maius tedium, quod sibi faciunt, est, quia, dum clamat
una vel plures in falconem, multe convenient, de quarum multitudine
magnum tedium habet falco.

De eodem. Si tamen falco esset timidus et tantum tedium susciperet
15 de eis, quod propter multitudinem ipsarum et per vociferationem et
alia, que convenit fieri, non remaneat, statim recolligat ipsum.

DE CORNICIBUS IMPEDIENTIBUS FALCONES

Cornices autem impediunt falconem duplicitate. Uno modo, sicut dic-
tum est, alio modo, quando ipse falco insequitur eas, ut capiat, quod
20 non tam sepe accidit in aliis modis avium supradictis impedientium
falconem, quia, quamvis insequatur aquilas aliquando vel vultures et
huiusmodi, tamen non insequitur eas, ut capiet, sed ut fuget ipsas,
quod facit propter timorem et odium, quod habeat in eas, cornices
vero non, ut fuget eas, insequitur, sed ut capiet. Et ex hoc accidit peius
25 quam de aliis etiam avibus, quas consuetus est insequi et capere, nam
de cornicibus plures invenit et sepius invenit, maius vero impedi-
mentum de cornicibus erit falconi consueto capere aut diligere eas.
Propter hoc falconibus ramagii magis est nocivum, cum plures de
huiusmodi sint, qui soliti sunt se pascere de cornicibus, et maxime
30 in regionibus frigidis, sicut est a sexto climate ultra, scilicet versus
septentrionem. Nam falcones illic non mittuntur ad volandum, pro
eo quod non possunt sustinere asperitatem frigoris et horrent nives.

Ideo non mittuntur ad volandum illic, nisi in estate, in quo tempore cornices nidificant in planitiebus. Inde est, quod cornices, si sunt de iuvenibus, exentes de nido sunt debiles, et matres etiam sunt debiles ad volandum, mutant enim¹ pennas. Ideo falco, quia cognoscit eas debiles, vadit ad capiendum eas et facile capit eas. Qui postquam inceperit et usus erit capere, non facile retrahetur ab huiusmodi vitio, plures enim et sepius inveniuntur in campaneis. In calidis regionibus vero accidit econtrario, nam consuetum est facere volare falcones per totam hiemem, a sexto climate scilicet versus meridiem, et cornices eo tempore fortiores sunt, ad quas falcones non sunt ita avidi volare. Et si quis vellet facere volare falconem in vere et in estate, non impe-
diunt falconem, cum tunc recedant ad nidificandum ad montana. Quod si necesse fuerit, mittere falconem ad volandum, ubi sunt cornices, et cornices sint prope arbores, iactari poterit illic falco. Minus malum erit falconem iactare illic, consuetum enim est cornicibus refugere ad arbores, inter quas falco vix poterit capere ipsas. Et cum non capiat facile, revertetur ad falconarium, qui si consuevit dimittere cornices, quia non potest eas illic capere, et rediens ad falconarium, qui faciet eum capere anates, non insequetur aliis vicibus cornices, sed rema-
nebit supra falconarium.

DE FALCONE IACTANDO

Hac eadem de causa, si falco usus est dimittere falconarium et inse-
quitur aves, que impediunt ipsum in volando ad riveram, si ipse
aves fuerint in locis refugii sui, in quibus falcones non possunt
eas capere, minus malum erit iactare ipsum.

DE FALCONE CAPIENTE ILLAS AVES QUAS NON VULT FALCONARIUS

Si vero contingat, quod capiat cornices vel alias aves, quas non vult falconarius ipsum capere, ipse falconarius vadat illuc, quam citius poterit, et tollat eam de pedibus eius, cavendo, ne tam inique tollat de pedibus eius, quod falco assuescat inde asportare ipsam avem, ti-
mens, ne auferatur ab eo. Postquam abstulerit ei avem, sicut dictum est, assumat falconem et reportet ipsum ad locum, in quo iactaverat

eum, et iactet ipsum iterum, et si fuerint illic anates, levabit sibi, ut dicemus. Si vero anates iam recessissent, faciet ipsum illuc circumvolare, et deinde iactet sibi loyrum et pascat ipsum, et quotiens recesserit et ceperit avem, quam capere non debet, totiens faciat idem.

138^a Propter hoc addiscet¹ remanere cum falconario et non sequetur aves, quas sequi non debet.

Dictum est de falconibus non remanentibus supra falconarium, dicendum est de remanentibus

Dictum est de falconibus, qui non remanent desupra falconarium, sed recedunt. Nunc dicendum est de hiis, qui remanent desupra falconarium. Falcone itaque iactato, permittat falconarius ipsum ascendere et circumvolare, et secundum quod falco ascendet in circumvolando, et ipse approximet, ubi sunt anates, ab illa parte, unde minus possint ipsum percipere, quatenus anates propter ipsum vel strepitum equi vel aliquid aliud huiusmodi non prius leventur, quam conveniat. Et si contingat, quod falco propter aliquam causam elonget se a falconario, si iam est prope anates, sic quod timendum sit, ne per vociferationem suam anates leventur, elonget se ab eis tantum, quod non sit timendum, quod propter vociferationem suam anates leventur. Deinde vociferet et, retinendo cirotecam per extremitatem, circumducat eam frequenter, ut per vocem redeat et per motum cirotece addiscat discernere illum, qui debet elevare anates, et secundum quod falco redierit et approximaverit versus eum, sic ipse approximet anatibus, ut levet eas. Si forte contingat, quod per motum cirotece falco incipiat descendere ad ipsam, ipse falconarius statim, quod percipit hoc, abscondat cirotecam, nam, absconsa ciroteca, permitte ipsum iterum ascendere, non levans anates, quo usque videat falconem ascendiisse ad illam altitudinem, quam consuevit habere in suo circumvolatu, vel prope illam metam, et quo usque falco sit in directo supra anates, et tunc levet anates. Si namque diutius expectaret levare eas, posset accidere falconi circumvolanti aliquod de inconvenientibus dictis.

Qualiter levande sunt anates

Levabit autem anates falconarius vel propter approximationem sui ad eas vel per sonitum timpani vel per sonitum cirotece, percutiendo cum ciroteca ad spatulam vel ad collum equi. Plures enim sunt, qui levant eas cum sonitu timpani, qui modus levandi in aliquo bonus est et in aliquo non. Falconibus noviciis et incipientibus volare ad riveram proderit levare anates cum sonitu timpani. Cum enim falco novicius sit et circumvolet desuper circa locum, ubi sunt anates, ne scit, quare hoc faciat. Ideo non diu remanet in directo supra anates. Falconarius autem, cum distet a loco, in quo sunt anates, non potest tam velociter ire ad levandum eas, quin falco pertransierit et elongatus sit ab eo loco, qui est supra anates, idcirco non levabuntur per approximationem falconarii tam convenienter, ut expedit. Per sonitum vero timpani, dum falco circumvolabat desuper circa locum, ubi erant anates, levabuntur sibi anates citius et prius quam falco possit elongari ab illo loco, quod satis est conveniens falconi novicio. Per ictum vero timpani aer movetur, qui per venire ad aquam resonat et per resistentiam aque reflectitur in sursum, a quo sono, tamquam adveniente de deorsum, anates diffugiunt in sursum, que sic attonite et levate non possunt facile evadere, quin falco capiat aliquam de eis vel feriat vel detrudat. Patet itaque, quod secundum hoc est levare cum sonitu timpani. In quo autem non est levandum, dicitur infra, ubi convenit dici. Et licet diximus, quod falco[narius] possit anates [levare] cum ciroteca, percutiendo cirotecam ad collum equi, ut dictum est, ipse tamen, si perceperisset, quod falco ad motum cirotece facile intendit, credens adesse, quod debebat sibi iactari, ex quo accidere posset, quod non videt anates, quando levarentur, vel, si videret, non descenderet ad eas, non debet levare sibi nisi per approximationem. Si autem falconarius per approximationem sui levare volet anates et non per sonitum timpani neque per percusionem cirotece, cum approximat eques ad levandum eas, non vociferet. Nam si vociferaret, falco, qui novitus est, tamen posset intendere voci sue, credens per vocem loyrum sibi debere iactari, ut solitum erat, quod non percipiet, quando anates levarentur sibi, et si perciperet, quin accidere posset, quod non descenderet ad eas.

POSTQUAM LEVATE SUNT ANATES DEBET VIDERI
QUALITER DESCENDAT FALCO AD EAS

Postquam anates levate sunt de aqua per approximationem falco= 139 a narii vel per sonitum timpani vel alio modo, videat falconarius, an falco descendat ad eas an non.¹ Si descendit velociter ad anates, que levate sunt, et pro eo quod aqua modica est, statim fuerunt extra aquas, scimus, quia diligit anates, sed nescimus, an timeat aquam. Sed si levate sunt de aqua magna, ut volantes transeant super aquam, et falco descendit velociter, dum volant super aquam, scitur, quod est 10 de illis, qui diligunt anates et non timent aquam. Sed lente si descen= dit, aut lente, dum anates volant super aquam, et postquam exibunt aquam, insequetur eas velociter, aut descendet lente, dum volant super aquam, et lente etiam, postquam exierint. Si lente, dum sunt super aquam, et postquam exierint, accelerat, est de illis, qui diligunt ana= 15 tes et timent aquam, si lente, dum volant super aquam et postquam exierint, est de illis, qui non diligunt anates. Sed utrumque timeat aquam an non, dubium est. Quod dubium determinabitur infra.

De falcone capiente vel non capiente

Rursus hic falco, qui descendit, quocumque modo descendat, aut 20 capiet aut non. Si capiet, aut capiet anatem in aqua aut extra aquam. Si in aqua, aut in aqua, unde levate sunt, aut in alia, si in alia, aut propinqua aut longinqua. Si in aqua, unde levate sunt, aut postquam egrediantur ab ipsa aqua, aut postquam exierint et ad eandem redeunt. Ille autem anates, que redeunt ad aquam, unde levate sunt, redeunt 25 propter timorem, quem habent de falcone descendente ad ipsas, vel quia non confidunt evadere per volatum vel per aliam aquam propin= quam, ad quam sperent configere, priusquam falco perveniat ad ipsas, sed multo magis per aquam tamquam per locum sue defen= sionis. Que autem non redeunt ad eandem aquam, unde levate sunt, fa= 30 ciunt hoc, aut quia non sperant habere defensionem per illam aquam, cum modica sit, aut quia fortiter levate fuerunt et timent redire propter hominem, qui levavit eas. Ideo querunt magis evadere per volatum. Sed sive capiat in aqua, unde levate sunt, sive in alia propinqua seu

longinqua, aut capiet eam extra aquam et cum impetu sui volatus,¹ 139 b non poterit continere se, quin incidat in aqua cum ea, aut capiet eam extra aquam, et anas trahit eum vi secum ad aquam, aut capiet eam, postquam anas timore falconis se elecerit in aquam.

QUID FACERE DEBET FALCONARIUS DE FALCONE CAPIENTE ET BALNEATO

Si vero ceperit anatem et cum impetu sui volatus incidit cum ea in aquam, falconarius descendat de equo et pascat eum, sicut dicetur de falcone capiente anatem extra aquam. Et hoc fiet ei, quoniam cepit anatem extra et non culpa sui ivit ad aquam, sed anas vi traxit eum. 10

De eodem. Et si vi anas traheret falconem ad aquam, det sibi cor et faciat ei illa, que fiunt illi, qui similiter capiebat extra aquam. Et hoc fit, quia non cepit eam in aqua, sed anas vi duxit eum ad aquam.

De eodem. Si vero ceperit eam, que iam timore falconis elecit se in aquam, quamvis bene videntur, quod diligit multum anatem et non timet aquam, non debet pasci, sed falconarius, illuc propter hoc veniens, descendat ab equo et portet anatem cum falcone extra aquam, et tunc auferat eam de pedibus suis. Et si est de portantibus capellum, imponat ei capellum, si vero est de non portantibus, recepto falcone, equitet, sicut dictum est, et recedat, et postquam madefactio cessa= 20 verit, debet loyrare, deinde pascere ipsum.

DE CAPIENTIBUS EXTRA AQUAM

Sed si est de illis, qui capiunt extra aquam, aut capiet longe ab aqua [aut prope]. Si prope, falconarius eques non tarde accedat illuc, quia, si tardaret, licet anates sint aves debiles, tamen posset accidere, quod aquile vel alie aves et canes vel alie huiusmodi possent eum ledere vel facere, quod diverteret anatem, vel accideret, quod anas, etiam capta et detenta a falcone, traheret ipsum in aquam. Et si viderit, quod anas traheret ipsum in aquam, debet se ponere inter aquam et anatem, ut precidet viam anati. Verumtamen quando incipiet appropinquare, non currat in directo versus falconem, ne falco propter impetuosum accessum suum timere possit, sed vadat suaviter et collateraliter approximet. Deinde descendat de equo et accedat ad falconem eo modo, quo

accedebat ad ipsum in principio sue loyrationis, quando erat super
139^a loyrum. Et postquam accesserit ad eum, pro eo quod anas defensio-
nem facit, percutiendo cum alis, et posset falconem tedere, accipiat
ambas alas anatis et intorqueat ipsas invicem supra dorsum. Deinde
5 dimittat falconem iugulare anatem, et dum falco sic tenet anatem, ipse
duos digitos suos, indicem scilicet et medium, desubtus finem pecto-
ris, qui locus dicitur ovaria, rumpendo corium, intromittat et impellat
versus pectus, quod autem inveniet illic moveri, illud est cor, quod,
capiendo illud cum duobus digitis illis, extrahat et det illud falconi.
10 Et si est de illis, qui diligunt multum anates, quod percipiet falco-
narius in modo descensus sui et in capiendo, sicut dictum est, minus
permittat stare supra anatem et minus placeat super eam. Nam cum hic
falco diligat anates, si permitteret eum multum stare supra anates,
et alio modo sibi placeret, multo plus diligeret anates, de quo multa
15 inconvenientia sibi possent accidere, scilicet inde minus amare loy-
rum. Et in descensu falconis ad anates, si anas deiceret se in aquam,
addisceret se deicere cum ipsa in aqua ad capiendam eam vel insideret
supra ripam propinquam vel non ascenderet, ut deberet, vel descen-
deret ad capiendum ipsam super aquam, dum sic videret eam. Et si
20 ipsa anas non confugeret ad aquam vel non tardaret ipsa illic et exiret
aquam et falco in descensione sua non caperet eam, aliqua occasione
tantum insequeretur eam, quod posset inde amitti, vel alia incon-
venientia possent inde accidere, ut infra dicetur. Et si est de illis, qui
non multum diligunt anates, quod similiter cognoscetur per modum
25 descensus, sicut dictum est, magis permittat stare ipsum super ana-
tem et magis placeat super eam, quatenus falco diligat anates con-
venienter. Et placere falconi super anates vel non, faciat falconarius
magis et minus secundum modum falconis.

QUID DEBET FACERE FALCONARIUS POSTQUAM FALCO
PASTUS FUERIT DE CORDE ANATIS

30
139^b Postquam falco pastus fuerit de corde anatis, falconarius cooperiat¹
anatem, quod eam non videat falco, deinde, capiendo suos iactos, ex-
trahat suaviter et sine lesione digitos falconis ab anate et recipiat
falconem super manum et proiciat loyrum cum carnibus ligatis ante

falconem, et postquam falco illic iverit, pascat eum de carnibus, quas sibi voluerit dare super loyrum. Hoc autem fiat ei, ne propter amorem anatum dimittat amorem loyri.

De eodem. Item, si falco insequitur anatem et capiat eam longe a falconario, accedat ad falconem velociter et non pascat eum, [si est] de portantibus capellum. Et si non est de portantibus capellum, resumat eum cum tiratorio supra manum, donec equitaverit. Et postquam equitaverit, removeat ipsum a pedibus suis et recedat, vadens versus locum, in quo iactavit eum. Et quando erit propinquus illi loco ea distantia, qua loyrari convenit, si socius ad aquam cum loyro remanserit, circa locum, in quo falco iactatus fuit, loyret ipsum. Et si ambo iverint post falconem, redeant ambo versus locum, in quo iactatus fuit falco. Et postquam erunt propinqui, unus accedat prope aquam, ubi iactatus fuit, et statim, quod videbit alterum propinquum tantum, quod sufficit loyrari, loyret falconem et pascat ipsum, sicut dictum est, quamvis sint ibi anates. Quod si secunda vice permittetur volare illic, propterea, quia fessus et quia novicius, facile possit peius facere quam prius. Propter hoc est melius loyrare ipsum et pascere in illo loco, quam iterum facere ipsum volare. Et postquam venerit ad loyrum, pascat eum supra loyrum et faciat, secundum quod dictum est. Hoc autem fit, quia, si pasceretur, ubi cepit anatem, qua vice sequeretur eam longe, ex quo posset amitti falco.

DE FALCONE QUI NON CEPIT IN DESCENSIONE SUA

Si falco in descensione sua non capiet aut detrudet, depellet eas in aquam, unde levate sunt, aut in aliam aquam propinquam illi aut non longinquam, et quocumque istorum locorum depellet eas, aut depellet eas ad aquam, et resurget ascendens circumvolando,¹ quousque falconarius iterum levet sibi anates, aut impellat anates in aquam. Et postquam anates submerserint se in aquam, falco resurget in sursum et statim, quod viderit anates emergentes et natantes supra, iterum descendet ad percutiendum easdem et, illis submersis, iterum resurget. Et hoc faciet totiens, quod fatigatus ibit ad sedendum, aut impellet anates in aquam et, eis impulsis, ibit falco ad insidendum supra ripam, aut impellet eas et iactabit se cum eis in aquam, dum

credet eas capere. Quod si fuerit falco de primo modo, falconarius
levet sibi anates secundum modum, quem diximus. Et si anates pro
timore falconis nolint deserere aquam et aqua tam spatiosa sit, quod
unus non possit ipsas facere dimittere aquam, alius socius eius acce-
5 dat ad aquam ex opposito illius, et ambo, percutiendo cirotecam ad
collum vel ad humerum equi, cogent anates levare et exire aquam. Et
studeant summo opere expellere anates de aqua, ne falco, si non expel-
lantur de aqua, quamvis levantur, ex tedio frequenter descendendi
desperet posse capere, et sic vel vadet ad sedendum vel recedet vel ali-
10 quid malum vitium inde acquiret. Quod si in descensione sua capiet
prope falconarium vel longe a falconario, faciat unicuique secundum
modum proprium sibi, sicut dictum est. Quod si fuerit falco secundi
modi, statim, quod videbit falconarius falconem sic facientem, debet
discedere a loco illo, ita quod desinat videre anatem. Retracto autem
15 falcone, permittat ipsum ascendere circumvolando, usquequo viderit
eum non velle amplius ascendere, et tunc vadat rursus ad levandum
sibi anates, et si iterum falco faciet, ut prius faciebat, et ipse faciat,
quod iam prius fecit. Et falconi talis modi, quam cito percepit hoc
falconarius, levande sunt anates fortiter et cogende sunt exire aquam,
140 b ut eas addiscat capere extra aquam, et per hoc dimittet malum' usum,
quem habebat, percutiendi anatem in aquam. Et si capiet, non placeat
sibi falconarius super anatem nec permittat diu stare super eam, sed,
quam cito ceperit, suaviter auferret anatem de pedibus suis aut ad
plus detur sibi cor eius, et hoc non fit ei, quia multum diligit anates.
25 Si falco in descensione sua iverit ad sedendum supra ripam, similiter
falconarius recedere debet a loco illo et debet dimittere falconem ali-
quantulum, deinde debet vociferare voce propria ad revocandum fal-
conem, circumducendo cirotecam, et hoc debet facere aliquotiens. Quod
si per hoc non surrexerit, debet vociferare voce propria ad loyrandum
30 et ascendere, circumducendo sibi loyrum, qui, postquam per hoc
surrexerit, statim abscondat loyrum et vociferet voce propria ad cir-
cumvolandum, circumducendo cirotecam. Cum, quando circumvolabit
ad modum altitudinis, quem solebat, levantur anates fortiter, quatenus
propter hoc dimittat vitium, quod habebat ad sedendum prope aquam.
35 Quod si iactet se, ut in principio, in aquam, falconarius debet ipsum

permittere stare tamdiu, quod tedeat ipsum sic stare et tandem per se
exeat de aqua. Postquam autem exierit de aqua, falconarius elonget se
aliquantulum et expectet, quo usque falco ex aqua ex se excuterit ali-
quantulum pennas madefactas, et tunc falconarius vociferet voce con-
veniente ad circumvolandum, deducendo cirotecam. Quod si per hoc 5
non resurget, faciat eum levare, ostendendo sibi loyrum, sicut dictum
est. Et si quocumque istorum modorum vel alio modo surrexerit, per-
mittatur ascendere ad circumvolandum. Et si anates remanserint in
aqua, leventur fortiter, ita quod extra aquam eas inveniat et ut, si
contingat, quod capiat extra aquam, percipiat se commodius posse ca- 10
pere illic et sic dimittat modum deiciendi se in aquam. Et quia per
hoc, quod fecit, cognoscitur, quod multum diligit anates, secundo
cor anatis detur sibi, postquam ceperit, et ablata sibi anate suaviter
de pedibus eius, iactet sibi loyrum et pascat eum, sicut dictum est.
Quod si anates non remanserint in aqua, postquam falco ascenderit¹ 140^a
circumvolando, iactet sibi loyrum prope aquam et pascat, sicut dixi-
mus. Quod si impulerit anatem longinquam, si ceperit, auferat ana-
tem de pedibus suis, quam citius poterit, et imponat ei capellum, si
est de portantibus capellum, et reportet ipsum ad socium et loyret 20
ipsum illic aut, si sunt, ubi sint anates, et falco possit volare, faciat
ipsum illic volare. Quod si falco longe ceperit a falconario et falco-
narius ipse inveniat, quod falco se iam paverit de ea, hoc erit duobus
modis: aut multum aut parum. Quod sive parum sive multum se 25
paverit, eodem die nichil amplius addat sibi de pastu. Sed illum, qui
pavit se parum, in crastinum et similiter tertio die loyret ipsum, et
postea faciat ipsum volare. Quod si multum se paverit, distringat
ipsum prius aliquot diebus, pascendo ipsum de carnibus madefac-
tis, habito respectu ad qualitatem pastus, quem sumpsit, et ad habi-
tudinem maciei vel pinguedinis eiusdem, nam pinguis, si sumpsit
magnum pastum, magis distringi potest, si vero macer sit, minus. 30
Postquam distrinxerit eum, sicut dictum est, loyret eum aliquot diebus,
et deinde faciat ipsum volare. Quod si non capiet, hoc erit aliquo
predictorum modorum, et tunc, quando invenietur circumvolans de-
super, ubi depulit anates - tamen quando invenitur circumvolans
desuper, ubi depulerat anates - falconarius non levet sibi eas, sed voci= 35

feret, circumducendo cirotecam, ut retrahat ipsum ab illo loco versus illam partem, ubi dimisit socium. Et quando viderit, quod falco iam retraxerit se ab illo loco, aspiciat falconarius ad falconem et ad distantiam, que est usque ad socium. Si namque falconem videbit tam fatigatum aut distantiam loci usque ad socium tantam, quod non confidat falconem ducere usque illuc, iacet sibi loyrum, postquam retraxerit ipsum ab illo loco, quanto plus poterit, et si confidat posse ducere usque ad socium, socius ille faciat falconi, quod dictum est supra. Et quando inveniet eum descendenter ad aquam et iterum resurgentem, vociferet, circumducendo cirotecam, quo usque retraxerit eum ab illo loco, et postquam retraxerit eum, conetur ducere ipsum ad socium.

140^b Quod si non potest reduci¹ per hec, que dicta sunt, faciat ei, secundum quod diximus. Quando vero insidet supra ripam, faciat eum resurgere, vociferando vel monstrando sibi loyrum, et retrahat illum ab illo loco. Et postquam retraxerit, conetur ipsum reducere ad socium. Quod si non potest reduci, faciendo que dicta sunt, faciat, sicut diximus. Quando se deiecit in aquam cum anate, expectet, quo usque per se exeat de aqua, deinde faciat ei de reducendo eum ad socium istis, sicut diximus faciendum in aliis modis, quos prediximus.

20 Quod autem debet fieri falconi consequenti anates longe, de non levando anates et de non lactando sibi loyrum illic et de retrahendo ipsum ab illo loco aut de reducendo ipsum ad socium, totum fit, ut falco assuescat sequi falconarium et non expectare, ut falconarius sequatur ipsum ad levandum sibi anates, quas detrusit [et] depellit longe a falconario.

DE LOYRO ABSCONDENDO

Si dimittat falco anatem, quia fessus, si redibit et descendet ad loyrum, priusquam falconarius percipiat ipsum, abscondat loyrum et, abscondito loyro, falco ascenderit ad circumvolandum, falconarius vadat versus socium, et faciat uterque falconarius, que predicta sunt debere fieri falconi redeunti. Et si est falco tam avidus loyri, quod nolit ascendere, et distantia usque ad socium longa sit vel falco sit fatigatus, falconarius proiciat sibi loyrum et recolligens eum ducat eum ad locum, in quo iactatus fuit, et faciat ei, sicut dictum est. Et

quando falconarius percipiet, quod falco redibit et ascendet loyrum,
vadat versus socium, sicut dictum est. Quod si sequitur anates et
tandem dimittit eas pro aliis avibus, quas persequitur, videre debet
falconarius, an ceperit aliquam de illis avibus, an non, et si ceperit,
an vidente falconario, an non. Quod si viderit falconarius, accedat ⁵
illuc, quam citius poterit, et auferat illam avem de pedibus suis, deinde
debet reportare falconem ad socium, et si sunt illic anates, poterit
ipsum facere illic volare. Quod si non fuerint anates, loyrabit ipsum
illic.

DE IACTU FACIENDO¹

141 a

Et ex quo sciet falconarius, de qua ave pastus est, caveat, ne iactet
ipsum circa loca, ubi sunt aves illius speciei.

De eodem. Quod si non vidente falconario ceperit eam, videat, si
pastus de ea fuerit, an non. Si non fuerit pastus, reportet ipsum ad
locum, in quo iactatus fuit, et faciat, ut predictum est. Quod si pastus ¹⁵
fuerit, si parum, non amplius det sibi illo die, neque sequenti neque
tertio die, sed loyret ipsum illis diebus. Quod si multum se paverit,
distringat ipsum prius aliquot diebus, pascendo ipsum de carnibus
madefactis in aqua, habito respectu ad quantitatem pastus, quem ²⁰
sumpsit, et habitudinem maciei vel pinguedinis eiusdem, sicut dictum
est. Et si falconarius nescit, de qua ave pastus est, quia non pervenit
ad locum, ubi pavit se, consideret mane ad purgationem, quam eiciet
falco per vomitum, et levet eam et videat, de qua ave fuerunt ille plume,
et cum iactabitur, caveatur ab illis avibus, ne sint illic. Cum vero falco ²⁵
sequitur alias aves, pro quibus dimisit anatem, revocari debet vocibus
propriis ad faciendum redire falconem. Et si contingit, quod propter
vociferationem falconarii non dimiserit illas aves, quas insequitur,
falconarius debet occurrere, quam melius poterit, falconi persequenti
illas loyrando. Et si quoquomodo poterit preire eum, iactet ei loyrum ³⁰
tali modo, quod falco videat ipsum, ut loyro viso dimittat anates et
veniat ad loyrum, et hic non pascatur, tamen faciat ipsum abbecare
aliquotiens super carnes loyri. Hic autem falco non pascitur, pro eo
quod non dimisit aves per vociferationem falconarii. Qui si pascere= ³⁵
tur eo ipso, quod sequebatur aves, alia vice persequeretur eas liben-

tius, sperando debere pasci, persequendo hac vice, sicut fecit alia. Et si contingit, quod propter vociferationem falconarii dimiserit illas aves, quas insequitur, reducatur ad socium, sicut doculimus, et postquam pervenit illuc socius, ille faciat ei, sicut dictum est. Quod si distantia illinc ad socium tanta est, quod non confidat eum posse
reducere ad illum, debet proicere sibi loyrum et pascat eum, sicut dictum est. Universaliter ab omnibus cavendum est, que essent ei impedimentum ad venandum ad riveram, precipue sicut sunt cornices, frili et similes. Et attendendum est in hoc etiam modus falconis. Quidam enim falconum diligunt magis quasdam aves et quidam alias, propter quod cavendum est iactare falcones ad riveram, ubi essent ille aves, quas magis diligunt.

DE FALCONE TIMENTE AQUILAS

Quod si falco dimittit anates timore aquilarum vel aliarum avium huiusmodi, vel propter aves, que verberant ipsum, de talibus accidit sepe, quod timore exaureant. Et cum perterriti propter causas predictas non libenter descendunt ad loyrum, contingit sepe, quod perduntur. Falconarius igitur cognoscens falconem perterritum ex causis dictis, in eo scilicet, [quod] quandoque caudam suam discutit, quandoque se totum et circumvolat cauda aperta et aliquando dicit alas et aliquando non, loyret ipsum et statim, cum descenderit ad loyrum, pascat eum illic. Ideo autem pascitur statim, quia timore avium male libenter descendunt ad loyrum et sepe proinde perduntur. Pastus ergo, qui dabitur sibi super loyrum, faciet, quod alia vice timore avium non dimittet, quin descendat ad loyrum.

DE FALCONE NON DILIGENTE ANATES

Si falco iactus est, postquam falconarius levaverit sibi anates, [et] non descendit ad anates, dum sunt supra aquam, neque ad illas, dum iam exierunt aquam, certum est, quod non diligit anates. Et hunc modum faciunt maxime gentiles falcones, qui nati sunt in rupibus remotis a mari et a magnis aquis et in regionibus calidis, ubi anates non morantur in estate, unde pascuntur aliis avibus campestribus, propter quod non diligunt anates, quibus eapropter non usi sunt pasci.

Universaliter autem, de quacumque specie falconum sint, nidasili in principio minus libenter descendunt ad anates. Ad cognoscendum autem, utrum timeant aquam aut non, habeatur anas viva de silvestribus, que possit volare, tamen debet esse ciliata ex toto, et tunc iactetur falco ad circumvolandum in campania, in'qua non sit aqua. Et 141^a quando falco erit in directo supra caput falconarii, proiciat sibi anatem contra ventum, si ventus erit, quia, si iactaretur cum vento, non posset recolligere volatum suum, quamvis caderet anas. Ad hanc anatem falco libenter descendet, pro eo quod ipsa ciliata debiliter potest volare, quam postquam ceperit, pascatur super eam, et falconarius studeat 10 placere sibi in pascendo ipsum super anatem. Sequenti die poterit iactare sibi anatem aliquam fortioris volatus, et si falco ad hanc bene 15 descendenterit, tertio die habeat anatem silvestrem fortem et deciliatam, et eam teneri faciat ab uno, qui existat in loco absconso, ubi falco non possit videre illum, qui tenet eam. Et dum falco circumvolabit, tunc 15 ille, qui iactavit falconem, currat velociter ad illum, qui tenet anatem, vociferando, quasi levaret ipse anates, et ille, qui est absconsus, debet tunc iactare anatem, quando percipiet falconarium. Et si viderit, quod falco ad hanc libenter descendenterit, pascat ipsum de ea, et sequenti die 20 detur sibi minor pastus, quam erat consuetus, et tertio die faciat ipsum volare ad anates, que levantur sibi de aqua, que aqua debet esse discooperta, ut falco videat eas in eadam aqua. Quod si tunc levatis ad eas libenter descendenterit, videat falconarius, an falco de- 25 scendat, dum anates sunt supra aquam, an descendat ad anates, postquam exierint aquam. Quod si descendenterit audacter et avide ad ana- tes, dum volant supra aquam, sciri potest, quod causa eius, quod non descendebat, non erat timor aque, sed quia nondum cognoscebat anates. Quod si non audacter descendenterit, dum volant supra aquam, sed postquam exierint, sciri potest, quod non descendebat timore aque.

30

DE FALCONE DECEPTO A FALCONARIO CREDENTE ESSE ANATES ET NON ERANT

Accidit etiam sepe, quod ille, qui querit anates per riveras et placteras, timens multum approximare, ne propter approximationem suam leva-

rentur, priusquam conveniret, fallitur in eo, quod videt aliqua, credit esse anates, cum non sint, nec potest discernere, si sunt anates. Et
141^b dum, si deceptus est falconarius per se vel per alium, qui quesivit anates, iactat falconem ad ea, que credit esse anates, et approximans
5 magis discernit, quod non fuerunt illic anates, tunc itaque non statim iactet loyrum falconi circumvolanti, sed dimittat ipsum circumvo= lando ascendere usque ad illam altitudinem, quam consuevit habere in suo volatu, si falco est de illis, quos non tedit diu circumvolare, aut de illis, que sustinent diu circumvolatum. Propter aliquam de
10 causis predictis supra non recedunt ab homine, dum circumvolant. Si namque statim iactaretur loyrum, prius scilicet, quod falco ascen= disset ad consuetam altitudinem sui circumvolatus, et hoc sibi plu= ries fieret, de cetero non ascenderet ad consuetam altitudinem circum= volando, sperans sibi debere iactari loyrum. Interim igitur, dum falco
15 circumvolat, antequam iactetur ipsi falconi loyrum, equitet per riveram huc et illuc, vociferando semper vocibus consuetis ad circumvolat= um et feriendo cum ciroteca. Faciendo namque hoc, falco non acqui= ret vitium de preparato iactu loyri, et accidere posset, quod, dum sic discurret per riveram, levarentur aliisque anates, que nesciebantur
20 illic esse. Quod si non invenerit anates sic discurrendo, iactet sibi loyrum. Et si est novicius, de quo timeatur, quod tedeat ipsum vo= lare, iterum pascatur, sin autem, abbecari poterit super loyrum et ite= rato iactari, non tamen statim, sed postquam aliquantulum quie= verit. Caveat autem falconarius, quod nunquam iactet ad riveram, de
25 qua non sit certus, quod in ea sint anates, et nisi prius videat mani= feste, ubi sint anates, quod iuvabit ad sciendum, quando et quomodo et quorsum levari debebunt anates. Si vero falco iactatus ad ea, que credebantur esse anates et non erant, est de illis, quos tedit diu cir= cumvolare, aut de illis, qui non sustinentes diu circumvolatum, aut
30 de illis, [qui] propter aliquam de causis supradictis recedunt ab homine, non erit expectandum de iactu loyri nec immorandum in dis=

142^a currendo per riveram, sed statim loyrum erit iactandum, et pascendus erit ipse falco, in tardatione namque iactus loyri falco posset de facili recedere.

DE ANATIBUS QUE PER SESE LEVANT

Postquam quoque falconarius iactaverit falconem ad riveram, ubi sunt anates, contingit sepe, quod anates levabunt se per se, nullo homine faciente ipsas levari, quod sepe faciunt anates, quas homines, [qui] cum suis falconibus venati sunt ad eas, perterruerunt frequenter. Huiusmodi autem anates levant se per se aut propter hoc, quod viderunt falconem iactatum circumvolantem desuper, de quo timent, aut propter sonitum campanelle aut propter vocem falconarii aut propter sonitum pedum equi, aut quoniam aqua, in qua sunt, non est alta, nec confidunt in ea se posse submergere ad tuendum se, aut propter quodlibet aliud levant se per se. 5 10

DE FALCONE IACTATO SEQUENTE VEL NON SEQUENTE

Iactato itaque falcone et levatis anatibus per se, aut falco insequetur eas aut non. Si non insequetur, hoc erit, quoniam ipse, intentus falconario vel cuiilibet alii rei, non vidit anates, aut quia nunquam cepit anates vel raro cepit, aut quia timet locum, si locus est de illis, de quibus dictum est, quod falcones solent timere, aut quia ipse falco non affectat capere aliquam de anatibus, que per se surgunt, sperans, quod anates leventur sibi per hominem, sicut consuetum fuerat levavi sibi anates. Percipit, quod facilius capere potest illas, que sibi levantur. Et hoc magis accidit falconibus, cum quibus falconarii multotiens ceperunt anates, et hoc multo magis falconibus mutatis in muta hominum quam sauris, aut quia falco latus est, non confidens posse persequi et attingere ipsas, aut propter quodcumque aliud accidens. Si itaque falco anates levatas per se non insequitur, fiat ei, sicut dictum est in capitulo, in quo dicitur, quod iactatur falco, ubi esse [dicitur] anates et non sunt. 15 20 25

DE SEQUENTE ANATES

Si vero falco insequitur anates levatas per se, unus de falconariis' debet sequi falconem, clamando et faciendo cetera, que dicta sunt debere fieri ad hoc, quod falco redeat. Si redit falco, attendatur ad modum redditus sui [et] fiat sibi, quod dictum est supra, quando iactatus est et anates levate sunt per hominem. Si falco non redit, debet falconarius sequi ipsum, quantum potest, et facere reliqua, que supra dicta sunt. Et si

142 b 30

desierit anatem et redierit ad falconarium per se, sic novit falconarius,
quod aliqua de anatibus sit in aqua, que remanserit timore falconis vel
redierit ad aquam, quando falco descendebat. Vel falco rediens redibit
alte vel ime. Si redibit ime, debet ipsum permettere ascendere circum=
volando usque ad metam altitudinis sui circumvolatus vel tam alte,
quod conveniens sit levare sibi anates, deinde debet levare falconarius
sibi anates. Quod si capiet, quocumque modorum de predictis ceperit,
debet falconarius considerare, secundum quem modum ceperit, et se=
cundum modum, quem ceperit, faciat ei, sicut dictum est supra, quando
capiebat. Si iterum leventur sibi anates et non ceperit, vociferet, sicut
dictum est. Et si falco desierit anatem et redibit, aut redibit alte aut ime.
Et si redierit ime, dimittat ipsum ascendere, sicut dictum est supra. Si
vero non remanserint anates, proiciat sibi loyrum, sicut dictum est,
et pascat eum supra loyrum. Et si redibit alte, debet expectare, quous=
que venerit supra eum, et postquam venerit supra eum, si non fuerint
anates in aqua, proiciat sibi loyrum, sicut dictum est. Quod si pluri=
bus vicibus levaverit sibi anates et viderit, quod secunda vice vel tertia
fatigatus redierit tantum, quod per ipsam fatigationem accidere posset
eum ire ad sedendum, quamvis sint ibi anates, non levet sibi amplius,
sed proiciat sibi loyrum, quia melius est ipsum illic recolligere cum
loyro, quam ipsum fatigatum ire ad sedendum. Et quotiens hoc accidet
falconi, similiter faciet.

DE FALCONE NON CAPIENTE ET NON REDEUNTE

Amplius, si levatis anatibus falco descendens et non capiens, per
142^a vociferationem de prope non redierit, sed elongabitur,¹ unus de falco=
nariis debet stare prope aquam, ubi iactatus fuit falco, et alias debet
statim sequi falconem, currendo quam citius poterit, vociferando voce
convenienti ad redditum falconis et circumducendo cirotecam, et sta=
tim quod viderit ipse, quod falco redeat versus eum, an non. Et si
50 falco diverteret, ipse sequatur eum vociferando et circumducendo ciro=
tecam ut prius, et cum falco redire ceperit, vociferando, sicut diximus,
reducat eum ille falconarius ad socium suum, faciendo ei ut prius.
Quod si redierit alte vel ime, fiat ei, secundum quod predictum est.

DE REDEUNTE

Si vero per se redierit vel redibit alte vel imo, et quocumque istorum modorum redeat, fiat ei, sicut predictum est de illis, qui redeunt per vociferationem falconarii.

DE VOLATU FALCONIS

5

Sed si est de illis, qui non capiunt de anatibus redeuntibus ad aquam, aut falco, postquam descenderit ad aquam, resurget, ascendens circumvolando, quo usque falconarius levet sibi anates, aut descendet, impellens anates in aquam, et postquam anates submerserint se in aquam propter timorem, quem habent de falcone, falco resurget in sursum et statim, quod viderit anates emergentes et natantes supra, iterum descendet ad percutiendum easdem, et illis submersis, iterum resurget, faciet totiens, quod fatigatus ibit ad sedendum, aut descendet falco, et statim, [quod] anates submerserint se in aquam, ipse falco insidebit supra ripam, aut descendet, et, impellens eas, dum crebet eas capere, iactabit se in aquam. 15

DE REDEUNTE

Ipse falconarius faciens redire falconem attendat ad modum redditus falconis. Nam si falco propter hoc, quod multum insecurus est anates aut alias aves, pro quibus dimisit anates, aut propter aliquod aliud fatigatus redierit, quod cognoscet in lento volatu eius et imo, aut tanta sit distantia a socio, quod non confidat ducere falconem usque ad socium, quin prius vadat ad sedendum, proiciat sibi loyrum, quando erit falco in directo supra ipsum, et recolligat et pascat¹ ipsum, 142^ab sicut dictum est. Et si viderit, quod falco redeat non nimis fatigatus et modica sit distantia usque ad socium, unde non sit timor, quod falco vadat ad sedendum, priusquam perveniat ad socium, debet vociferare, qua assuevit facere, quando falco circumvolat, ut per talem vocem cognoscat socius eius, quod falco redeat, et debet circumducere ciro tecam, dummodo aliis, qui remanserat circa aquam, percipiet per modum vociferationis falconarii reducentis falconem, quod falco redeat vel videat falconarium venientem vociferando, quamvis falconem non videat, ipse statim vociferet voce assueta ad circumvolatum falconis 25 30

et circumducat cirotecam. Ille vero falconarius, qui reducit falconem, statim, quod audit vociferationem illius, qui remanserat iuxta aquam, non amplius vociferet nec circumducat cirotecam, sed permittat falconem ire ad vocem illius, et nichilominus currat usque ad illum, quam citius poterit, sed aspiciat ad falconem redeuntem accedens, an falco rediens vadat recte versus socium, an circumvolet supra caput suum, an divertat ad aliquam aliam partem. Quod si vadat recte versus solum, ille socius, ad quem vadit recte, videns falconem redeuntem ad se, respiciat, an falco redeat alte vel imo, et an fatigatus, an non, vel, si alte redierit, sive fatigatus redeat, sive non. Quando pervenerit in directo super locum, ubi sunt anates, falconarius debet sibi levare anates, si adfuerint in aqua, et si capiet, sive extra aquam sive in aqua, quocumque predictorum modorum faciet ei, secundum quod dictum est. Quod si non fuerint anates in aqua, proiciat sibi loyrum et faciat ei, sicut dictum est. Quod si falco redeat imo, respiciat, an redibit fatigatus, an non, cui, si viderit redire fatigatum et timeat, quod per fatigationem vadat ad sedendum et non ascendat circumvolando, proiciat sibi loyrum et pascat et faciat, sicut dictum est. Melius enim est ipsum fatigatum recolligere cum loyro, priusquam vadat ad sedendum, quam ipsum¹ permettere ire ad sedendum. Quod si iverit ad sedendum prope ipsum vel longe, priusquam proiciat sibi loyrum, non statim proiciat sibi loyrum, sed permittat ipsum aliquantulum quiescere in sedendo, et tunc vociferet circumducendo cirotecam, ut assuetus est in circumvolatu eius vociferare. Et postquam falco propter hoc surrexerit et bis vel ter circumvolaverit contra ipsum, proiciat sibi loyrum et pascat ipsum, sicut dictum est. Quod si redeat imo et non fatigatus, permittat ipsum circumvolare, si ascendere vult, usque ad metam altitudinis, sub qua levare sibi anates convenient. Et quando cognoscet, quod nolit ascendere, priusquam teneat eum levatus suus, levet sibi anates, si adfuerint in aqua, et si non adfuerint, proiciat sibi loyrum et pascat ipsum, sicut dictum est. Et si fatigatus imo veniens voluerit ascendere circumvolans, proiciat sibi loyrum.

DE REDEUNTE

Quod si non vadat ad socium eius, sed circumvolat super caput falconii reducentis falconem, debet falconarius reducens falconem, non vociferare nec cirotecam ducere, sed currere usque ad socium suum, ut falco, circumvolando super ipsum, sequatur ipsum et approximet illi socio, qui expectabat, ut per vocem illius, qui remanserat, quam audierit falco, et per cirotecam, quam circumduci videbit, redeat ad ipsum, [qui] in adventu falconis faciat, sicut dictum est.

DE FALCONE NON REDEUNTE

Si autem falconarius, qui facit redire falconem, videat, quod divertat ad aliam partem, sequatur eum, quo usque redeat, et si redierit, faciat, ut dictum est.

DE RECEDENTE

Item, si contingat, quod falco lactatus non tantum expectet, quod leventur sibi anates, sed, priusquam leventur, recedat propter aves, quas videt alibi, sive propter aliam causam, unus de falconariis remaneat, ubi sunt anates, et aliis sequatur falconem et faciat sibi omnia, que dicta sunt debere fieri superius.

De eodem. Quod si non redierit per vociferationem utriusque falconii, videlicet ille, qui remanserat prope aquam, et ille, qui insequitur falconem, et falco tantum elongatur,¹ quod falconarius non potest eum videre, assumat loyrum et circumducat ipsum, sicut faciebat, quando loyrabat, et vociferet vocibus propriis ad loyrandum et perquirat loca aquosa, in quibus frequentant anates, nam circa huiusmodi loca falcones consueverunt venari. Hoc autem convenit fieri, quanto tienscumque falco tam longe recedet, quod falconarius non possit eum videre, prius vero non. Quod si falco per loyrum non redierit, hic falco persequens anates, aut persequetur aliquam de eis, quo usque detrudet aliquam in aquam, ad quam consueverunt confugere, aut dimittet eam, quia nolet amplius sequi eam, aut quia dimittet eam pro aliis avibus. Quod si detrudet eam in aliquam aquam et contingat, quod falco tam longe recedat, quod falconarius non possit eum videre, nec

per ea, que facit, redit falco, ipse assumat loyrum et circumducat ipsum,
sicut faciebat, quando loyrabat, et vociferet vocibus propriis ad loy= 5
randum, nec ista faciat, nisi falco tam longe recesserit, quod non pos=
sit videri falco ab eo. Falconarius autem, qui remanserat prope aquam,
ex ipsa voce, quam mutavit illic ipse, qui loyrat, percipiat eum non
posse videre falconem, et etiam percipiat, quod loyrat ipsum. Falco= 10
narius autem, qui remansit prope aquam, percepto, quod socius non
potest videre falconem, debet expectare illic per tantum tempus, in quo
credat falconem esse recuperatum. Et falconarius, qui recuperavit fal= 15
conem, debet redire ad illum locum, ubi expectat ille. Et si fuerunt
anates in aqua, debet sibi levare anates, hoc enim iuvat in faciendo
ipsum volare super falconarium, qui lactat eum, et ad hoc, quod, si
insequitur anates, libentius et citius redibit illic. Quod si non fuerint
anates in aqua, faciat ibi circumvolare vel loyret ipsum ibi, si non cir= 20
cumvolet, et proiciat sibi loyrum et pascat eum, sicut dictum est. Si
vero tempore, quo potuit recuperare, falconarius non reducat fal= 25
conem, si habet alium falconem secum et sint ibi anates, faciat ipsum
volare illic, nam per volatum eius citius recuperabitur alter. Mos enim
falconum est volare ad alium falconem, quem videt volare.

Explicit liber falconum, cum quibus venatur

INDEX CÄPITULORUM

¶ Incipit liber tertius de instru-		De tempore et hora, in quibus	
mentis, per que redeant falcones		loyrari potest	16
ad homines	1	De necessitate hominum ad loy-	
De loyro formando de alis		rationem	16
gruum	1	De loyratione	17
De eadem formatione	2	De proicione loyri	20
De diversitate quorundam, qui		De loyratione	20
non utebantur loyro, quod re-		De modo loyrandi falconem a	
probamus	4	pedite	21
De gallinis et columbis	4	De modo loyrandi ab equite	22
De loyratione	5	Quomodo loyrant illi de	
De modo revocandi falconem ad		Anglia	24
avem vivam	6	Quare non vociferant in loyra-	
De loyratione fienda secundum		tione	24
consuetudinem suam	8	Quid nobis videtur	24
De funiculo ligando falconi,		De loyratione	25
quando loyratur	9	De signis, que faciunt falcones	
Quomodo debet falconarius ire		non diligentes loyrum	26
ad falconem, quando est supra		De meliori volatu signa	26
loyrum	11	De malis volatibus	27
Quomodo debet porrigere carnes		De meliori volatu	27
falconi	12	De illis, qui fatigati sunt ex mala	
De loyratione iterum fienda	13	portatione, quomodo cognos-	
Qualiter levavi debet de loyro	13	scuntur	28
De loyratione	14	De falconibus non consentienti-	
In quibus locis debet loyrari in		bus	28
principio extra domum	14	De modis non consentientium	29
De impedimento terre arate	14	Probatio	30
De arenoso	14	De iuvamento loyri absconsi	31
De via	15	De non consentientibus falconi-	
De prato, quod sit melius	15	bus simul	32
De loco, in quo non debet loyrari		Cause, per que capiunt se simul	33
cum credentia	15	De remedio causarum dictarum	33

De trayna leporina	34	De trayna	51
De tertio modo non consen=		De eadem grue	51
tiendi	34	Quid debeat fieri ad gruem am=	
De non consentientibus super		bulantem	51
predam	35	De trayna	52
De venatione facienda ad pre=		De signis, per que cognoscetur,	
dam	37	quod audacter cuperit gruem	52
De modis girofalcorum, quomo=		De trayna	52
do habentur	37	De ordinatione hominum in	
De mala tractatione	38	trayna	54
De quiete illorum, qui male sunt		De trayna	54
tractati	38	Quod non permittatur volare	
De falconibus quiescentibus		duos falcones simul ad unam	
quantum diximus	39	traynam	55
Quomodo debet loyrari giro=		Quod non iactetur falco ad ali=	
falcus ad leporem	39	quam avem, donec traynatur	55
Quare fit girofalco trayna de		Quod falco non debeat stare per	
lepoire, cum debeat volare ad		plures dies, quin iactetur ad	
grues	41	grues, postquam loyratus est	55
Qui faciunt traynam leporinam		Dictum est de trayna, sequitur	
suis sacris, cacaris et layneriis	41	dicere de eius utilitate	56
De volatu	41	De adiutorio dando falconi	57
De probatione girofalci, qui habet		De cane dando pro adiutorio	58
fortes renes	42	De cane succursore, quomodo	
De trayna	43	debet doceri	59
De trayna ad grues	43	De cane	59
Quid est traynare	44	De cane minando	61
De modo hebetandi rostrum	45	De cane	62
De trayna	45	¶ Incipit liber quartus de giro=	
De laqueis habendis, qui debent		falco ad gruem, que et qualis fit	
poni pedibus gruis	45	venatio cum eo	63
De trayna	46	Quibus horis grues exeunt ad	
Quomodo falco debeat cognos=		pascendum	63
cerre vocem gruis, et quomodo		Quibus locis inveniuntur	63
fit	50	Quo tempore exeunt ad pascen=	

dum	64	gnam multitudinem	76
Quo tempore redeunt	64	De rebus utilibus falconario ad	
Quo tempore pascuntur	64	exeundum foras ad venandum	
De reditu	64	grues	76
De loco, in quo inveniuntur		De qualitate equi	77
grues	65	De sella equi	77
De diversitate gruum	65	De loyro portando	78
De temporibus et horis, que con-		Quod girofalcus portetur sine	
veniunt venationi ad grues	65	longa	78
In hieme	66	De equitatione fienda ad separan-	
In autumpno	66	dum grues	78
De hieme	66	De equitatione fienda, ubi est	
De vere	67	multitudo ad separandum eas	78
De estate	68	De separatione gruum	79
Dictum est de convenienti tem-		De signis gruum, que volunt ex-	
pose diei, nunc dicatur de incon-		pectare et que non	80
venienti	69	De non expectantibus	80
De tempore convenienti	70	De provisionibus falconi iactan-	
Dictum est de tempore diei con-		do ad grues	80
venienti et inconvenienti, dicatur		De loco et tempore	81
de hora diei	70	De quantitate hominum statuen-	
De horis inconvenientibus	72	tium	81
Dictum est de temporibus con-		De regione cognoscenda, in qua	
venientibus et horis diei, dicatur		falco debet iactari ad grues	81
de inconvenientibus	72	De modo ordinandi socios in	
De differentiis impedimento-		circitu gruum	82
rum	73	De utilitate iactus contra ven-	
De locis, in quibus potest suc-		tum	85
currere	74	De nocumentis evitandis	88
De loco, in quo non debet iac-		De non iactando falcone, cum est	
tari	75	validus ventus	88
Sequitur dicere, ad quot grues		De modo eundi ad iactandum fal-	
conveniens sit iactare falco-		conem	89
nem	75	De iactu ad grues	90
Quod non iactetur prope ma-		De uno modo equitandi ad iac-	

tum	90	De duobus falconibus simul iactandis	99
Quomodo debet interponere personam suam falconi non portanti capellum	90	De falcone docto	100
Quomodo debet fieri portanti capellum	91	De modo iactandi falconem novicium post doctum	100
De iactu	91	Quomodo debet fieri, si non habetur aliquis falco doctus	101
De canibus non statim dimittendis	91	De illis, qui consentiunt invicem	102
Quomodo debet equitare ad succurrendum	91	De diversis volatibus falconum ad grues stantes et volantes	103
De succursu a stabilito	92	De modis volantium	103
De falcone, qui volat ad grues	92	De volantibus imo et prope terram	103
De cibo sumendo super pectus gruis	93	De volantibus in medio	103
De avibus, que iuvant alias sue speciei	93	De illis, qui volant alte	104
De causis, quare non retinet gruem	94	De illis, qui volant per transversum	104
Si per locum erit impedimentum	94	De illis, qui volant per transversum et lente	104
Si per fortitudinem	95	De volantibus prope terram	104
Si per pinguedinem	95	De illis, qui volant in medio et per transversum	104
Si per defectum	95	De illis, qui volant in medio et tarde	104
De eadem diffinitione	95	Quid debet fieri volantibus per transversum	105
Diffinitio defectuum de non docto	96	De laudabiliori volatu	105
De cognitione de non docto	96	De laudabili volatu	105
De non docto	96	De minus laudabili	105
De macilento	97	De divisione volantium	105
De timentibus de aquilis	97	De laudabiliori volatu	106
De cognitione, quare timet aquilas	97	De minus laudabili	106
De dimittendo gruem pro alia ave	98	De modo vincendi gruem	106
		De meliori modo	107

De causis, quibus fiunt ficticii seu repulsati, et quomodo tollatur ab eis utrumque	108	De layneriis	117
De ficticiis et repulsatis	108	Videndum est, in quibus communicant et in quibus differunt alii modi falconum cum girofalcis	117
De iactu ficticil et repulsati	109	De sacro	118
De trayna eisdem	109	De sacro, in quo differt	118
De causis	109	De peregrino	118
Quid debet fieri de ficticio	110	De peregrino, in quo differt	118
De causa secunda	111	De gentili ramagio	119
De falcone, qui non vult volare ad plures grues	111	De peregrino, in quo differt	119
Quid debet fieri de illo, qui semper vult gruellum	112	Dicte sunt convenientie et differentie reliquorum falconum ad girofalcum, sequitur dicere de aliis	119
De illo, qui querit adiuvari per socium	112	De peregrino cum sacro, in quibus communicat	120
De modo emendando ficticum	112	In quibus differt	120
De repulsato	113	De gentili ramagio cum sacro	120
De causis, propter quas repulsati fiunt falcones	113	De gentili nidasio cum sacro	120
De secunda	113	In quibus differt	120
De tertia	114	De gentili ramagio cum peregrino	121
De quarta	114	In quibus differt	121
De quinta	114	De gentili nidasio cum peregrino	121
De sexta	114	In quibus differunt	121
De prima causa	114	De gentili nidasio cum gentili ramagio	122
De illo, qui per secundam causam	115	In quibus differt	122
Qui per tertiam causam	115	¶ Incipit liber quintus de falcone sacro ad airones	123
Qui per quartam causam	115	De trayna facienda	124
Qui per quintam causam	116	Quomodo debent nutririri airones, qui extrahuntur de nidiis	124
Qui per sextam causam	116		
De omnibus repulsatis	116		
Genera modi docendi omnes falcones ad grues secundum modum predictum	116		

Quomodo debent nutriri illi, qui non extrahuntur de nidis	124	Signa falconis timentis aquam	140
De trayna facienda	125	De levatione aironis	140
De trayna	127	De utilitate canis	141
De locis, ubi inveniuntur plures airones	128	De iactu falconis	142
De locis, ubi nidificant	129	De levatione aironis	143
De autumpno	129	De transitu	143
De locis	130	De levatione fienda	143
De horis, in quibus volant	131	De levatione non fienda impe- tuose	143
De temporibus anni convenienti- bus docere falcones ad airones	132	De recessu faciendo	144
De regionibus	132	De medulla danda falconi	144
De temporibus	132	Quid debet fieri de airone leso verberibus	145
De non convenientibus	133	De modo, per quem capitur airo	145
De temporibus convenientibus		De primo, qui est periculosus	145
ad iactandum falconem	134	De tertio	146
De tempore sereno	134	De secundo et quarto modo	146
De tempore nubiloso	134	De cane removendo	146
De tempore pluvioso	135	Quid fieri debet, quando remotus erit canis	146
De tempore ventoso	135	De cane removendo	- 146
De horis convenientibus	135	Quid debet fieri de airone capto	147
De locis convenientibus	136	De falcone iterum iactando	147
De fluminibus convenientibus	136	Dictum est de capientibus, sequi- tur de non capientibus	147
De non convenientibus	136	Decausis, que proveniunt aliunde et non a falconibus	147
De separandis avibus, pro quibus dimitteret aironem	136	De diversitate causarum, quare falco non ceperit	148
De multitudine aironum	137	De circumgirando	148
Signa de non recedenti airone	137	De volando et recedendo	148
De ordinatione stabiliarum	138	De eundo ad sedendum	149
De locis et temporibus inconve- nientibus et impedimentis ipso- rum	138	Propter malas aves	149
De locis et temporibus	139		
Quomodo debet equitare	139		

Propter pinguedinem	150	cones simul	155
Propter aliam avem	150	De novicio	156
De volentibus capere et non possunt	150	Quomodo tollendus doctus de- super aironem, postquam cepe- rit	157
De remediis contra predictas cau- sas	150	De cane succursore mittendo	157
Si per maciem	150	De iactu novicii	158
Si per incongruitatem penna=rum	151	De duobus noviciis	158
Si per rupturam et malam muta- tionem	151	De modis volandi ad gruem, quis sit melior	158
Si per crassitatem	151	Quomodo debet fieri aucupatio per dictos falcones	159
Si per spem loyri	151	De timentibus aquam	160
Si per imperfectionem trayne	151	De tempore ventoso	160
Si per aliam avem	152	Si ventus venerit per transver- sum	160
Generale remedium contra falco- nem dimittentem aironem pro aliis avibus	152	De hominibus stabiliendis	161
Si per alias aves	153	De iactu falconis	161
De loco et tempore inconveni- enti	153	De hominibus statuendis	161
De falcone iactando cum alio fal- cone docto	153	De iactu falconis	162
De causis quare iactandus est	154	De falcone sacro, qui non est velox et non timet aquam	162
Si macilentus	154	De falcone veloce, qui timet aquam	163
Si malarum pennarum	154	De riverarum bonitate et diver- sitate earum	165
Si pinguis	154	De rivera	166
Si per inordinationem trayne	154	De non iactando falcone	168
Si per spem loyri	154	Quomodo debet quis probare bonum falconem	168
Si per aliam avem	154	Qualiter iactatur falco ad airo- nem transversantem	169
Si per malum tempus et locum	155	De ventis	172
Si per aves persequentes ipsum	155	De diversitate falconum volan- tium ad aironem	172
Si per aquilas	155		
Qualiter iactari debent duo fal-			

De nidasiiis	173	De gentili nidasio cum gentili	181
De modo ramagiorum	173	ramagio	182
De modo docendi omnes falco-		In quibus differunt	183
nnes ad aironem	175	De laynero cum gentili rama-	
De falconibus, qui sunt minus		gio	183
audaces quam sacri	175	In quibus differunt	183
De illis, qui sunt difficiles ad		¶ Incipit liber sextus de venatione	
traynam	176	fienda ad aves de rivera cum fal-	
De falconibus, in quibus commu-		cone peregrino	186
nican cum sacro et differunt	176	De loyro fiendo	186
De girofalco	176	De quot alis debet fieri loyrum	186
In quibus differt	177	De Diversitate falconum	187
De peregrino, in quibus commu-		De illis, qui sunt magni, quod	
nican cum sacro et in quibus dif-		preeligendi sunt quam parvi	187
fert	177	De venatione ad riveram	188
De gentilibus ramagiis cum		De modo loyrandi	188
sacro	178	De loyratione facienda peregrinis	
In quibus differunt	178	sepius et a remotiori quam cete-	
De falcone laynero cum sacro	178	ris	189
In quibus differunt	179	Quod falcones ament bene loy-	
De peregrino cum girofalco	179	rum et vocem falconarii	190
In quibus differunt	179	De illis, qui festinant loyrare fal-	
De gentili ramagio cum giro-		cones suos et venari cum ipsis,	
falco	180	priusquam sint sufficienter loy-	
In quibus differunt	180	rati	190
De laynero cum girofalco	180	De causis, quare et quibus non	
In quibus differunt	181	redeunt libenter ad loyrum	191
De peregrino cum gentili		De tempore veris	192
ramagio	181	De tempore estatis	192
In quibus differunt	181	De tempore hiemis	193
De peregrino cum gentili nida-		De qualitate temporis diei	193
sio	181	De horis diei	193
In quibus differunt	182	De horis vespertinis	194
De laynero cum peregrino	182	Occasiones a loco, pro quibus	
In quibus differunt	182	non libenter veniunt ad loyrum	194

De circumvolatione fienda super caput falconarii	195	De peiori modo predictis	202
De horis et temporis qualitate, diei et loco	195	De singulis dictorum modorum	202
De tempore pluvioso	195	De falcone recedente et volante supra falconarium	202
De tempore ventoso	195	Quare vociferat ad falconem	203
De tempore nubiloso	196	Quare dicitur ciroteca	203
De tempore sereno et sine vento	196	Quare movetur de loco ad locum	203
De tempore nubilo	196	De revocando falcone novicio missso ad circumvolandum	204
De tempore nivoso	196	Sequitur dicere de secundo modo	206
De diversitate horarum diei	196	Sequitur dicere de tertio modo	207
De horis vespertinis	197	Sequitur de quarto modo	208
De mane	197	De elongantibus ab homine, quare faciunt hoc	208
De medio die	197	De secundo modo illorum, qui minus alte circumvolant	210
De horis supradictis ad faciendum circumvolare	197	De tertio modo circumvolantium imme et non durantium	210
De impedimentis cavendis	198	De quarto modo non circumvolantium	210
Quid debet portare falconarius foras	198	De ultimo modo	210
De impedimentis cavendis	198	De modo falconis, qui vadit ad sedendum	212
De campania, quod sit expedita	199	Dicendum est de tempore et loco et hora diei	213
Qualiter debet falconarius recessere ad lactandum falconem	199	De modis locorum, in quibus consueverunt homines venari	214
De diversitate modorum, quos habent in circumvolando	200	De diversitate modorum in volando ad riveram	214
De illis, qui remanent prope hominem	200	De diversitate modorum	215
De illis, qui non remanent prope hominem	200	De loco expedito inveniendo	216
De illis, qui remanent prope hominem sive circumvolent sive non	201	De signis, que facit falco, prius-	
De meliori modo	201		
De modo minus malo	201		

quam iactatus sit, propter aves,			
quas timet	216	rum	229
De eiusdem signis	217	De timore milvorum et aliis	230
De intentione falconarii	218	De layneriis et modis falconum	
De causis, quare recessit. De mo-		silvestrium	230
dis recessus, qui sunt deteriores		De timore corvorum	230
alii	218	De timore cornicum et modis cor-	
De modo recessus	219	nicum	231
De moribus	219	De falconibus timidis	231
De maiori malo	220	De falcone timente aquilam	231
De signis, per que cognoscitur		De revocando falcone timido	232
falconem recedere	222	De falcone non timente	232
Quid debet fieri, ut falco redu-		De falcone timido per corvos	233
catur supra falconarium	223	De falcone sustinente tedium a	
Quid debet falconarius facere, si		cornicibus	233
est solus	224	De cornicibus impedientibus fal-	
De homine, ad quem vadit falco	225	cones	233
De falcone non redeunte recte	225	De falcone iactando	234
De retinendo falcone, ne vadat		De falcone capiente illas aves,	
sessum	225	quas non vult falconarius	234
Quid debet scire falconarius de		Dictum est de falconibus non re-	
falcone recedente	226	manentibus supra falconarium,	
De falcone sequente avem alti vo-		dicendum est de remanentibus	235
latus	227	Qualiter levande sunt anates	236
De imo volatu	227	Postquam levate sunt anates, de-	
De imo et brevi volatu	227	bet videri qualiter descendat falco	
Quid debet facere falconarius vi-		ad eas	237
dendo hoc	228	De falcone capiente vel non ca-	
De falcone recedente desupra fal-		piente	237
conarium	228	Quid facere debet falconarius de	
De modis avium impediens		falcone capiente et balneato	238
tium	229	De capientibus extra aquam	238
De timore vulturum et ossafran-		Quid debet facere falconarius,	
gentium	229	postquam falco pastus fuerit de	
De aquilis et modis aquila-		corde anatis	239

scensione sua	240	De falcone lactato sequente vel	
De loyro abscondendo	243	non sequente	248
De iactu faciendo	244	De sequente anates	248
De falcone timente aquilas	245	De falcone non capiente et non	
De falcone non diligente anates	245	redeunte	249
De falcone decepto a falcona-		De redeunte	250
rio credente esse anates et non		De volatu falconis	250
erant	246	De redeunte	250
De anatibus, que per sese le-		De falcone non redeunte	252
vant	248	De recedente	252

**Lipsiae. Ex Officina Haag=Drugulin
Confecta sunt exemplaria DC**